



**Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio  
Missæ, ...

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1667**

Concl. VI. Aqua, vino in calice admixta, non convertitur in Sanguinem, nisi  
priùs fuerit conserva in vinum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73377)

Sancta, Catholica, & Apostolica, Capitis sui inhaerens vestigiis, membris omnibus; ad id muneris specialiter deputatis per sacram Presbyteratus Ordinationem, proposuit; idque sub gravi obligatione, ut habet communis ac certa Theologorum sententia, & colligitur ex Rub. Missalis Tit. de Defectibus cap. 4. n. 2. Si, inquit, vinum ceperit acrescere, vel corrumpi, vel fuerit aliquantum acre, vel mistum de visis tunc expressum, vel non fuerit admixta aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis, conficitur Sacramentum, sed consciens graviter peccat.

Inter actiones namque, ad essentiam Sacramenti non pertinentes, haec potissima est, & proxima iis, quae sunt de essentia; non praecise secundum se, sed propter representationem seu significacionem, tum Dominicae Passionis, tum effectus hujus Sacramenti, qui est unio populi Christiani ad Christum.

Certe si communicio post comestionem, etiam minima quantitate, omnium iudicio est peccatum mortale, multo magis omisio hujus ceremoniae, quae ex antiquissima traditione in tota Ecclesia observatur, & graviores, imo gravissimas habet rationes. Unde si quis oblitus fuisset aquam apponere, & ante Consecrationem calicis recordaretur, ut habent Rubricae supra n. 7. Statim ponat eam: secus si tantum advertat post Consecrationem; quia, ut ibidem dicitur: Non est de necessitate Sacramenti, & nihil non consecratum, miscendum est consecrato, praesertim contra receptum Ecclesiae usum.

Qui usus praeterea docet, non sufficere, quod aqua miscetur vino in dolio, sed quod debeat misceri in calice; siquidem illa mixtio facienda est per modum ceremoniae. Et ideo signanter dixi in Conclusionem: Miscenda est in calice.

Qualis, & quanta? Resp. naturalis, & modicissima. Naturalis quidem, ut demonstrat praxis universalis Ecclesiae, & manifeste colligitur ex Rubricis supra allegatis, ubi docent graviter peccare, qui consecrant vinum mixtum aqua rosacea seu alterius distillationis. Arbitror, quia non est simpliciter & proprie aqua, qualis tamen exivit de latere Christi, teste Innocentio III. cap. In quadam 8. de Celeb. Missarum ibi: Restat igitur, ut qualicumque fuerit illa aqua (quae de latere Christi profluxit) sive naturalis, sive miraculosa, sive de novo divina virtute creata, sive de componentibus ex parte aliqua resoluta, proculdubio vera fuit.

Alioquin, ut paulo superius dicit: Neque per hoc posset vero argumento probari, quod in Sacramento Eucharistiae admiscenda sit aqua vino (utique naturalis) si de latere Christi non aqua, sed phlegma profluxisset.

Modicissima autem, terminus est Concilii Florentini, quo revocata constitutionem Concilii Tridentensis cap. 19. quae est talis: Non debet in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri: sed utrumque permixtum, quia utrumque ex

latere eius profluxit: sed sic ut duae partes sint vini, tertia vero aqua; quia maior est Maestas Domini, quam fragilitas populi, qui per aquam designatur.

Putat Lugo supra n. 38. Concilium illud Provinciale non fuisse ab Ecclesia universali, seu à Pontifice approbatum; quod si verum sit, sive falsum, certe nullum exinde sumitur fundamentum asserendi, etsi tertia pars calicis esset aqua, totum mixtum ante conversionem aquae in vinum, adhuc fore materiam aptam Consecrationi; est in illa Provincia sic practicaverint, quia vinum adeo praestans, ut duae partes tertiam partem aquae in se possent facile convertere.

De caetero cum vinum in aliquibus regionibus valde tenue sit, merito Ecclesia ordinavit modicissimam aquam (sint liberè sex, aut septem stillae, vel, ut Lugo supra, quinta, aut sexta pars) propter periculum corruptionis substantiae vini per copiosorem aquae admixtionem; & ex consequenti periculum invalidae Consecrationis.

Adde, per notabilem excessum vini super aquam, melius significari excessum quasi infinitum divinae maiestatis super fragilitatem populi; citiusque aquam in vinum converti, alioquin non convertendam in Sanguinem, ut communior & probabilior habet opinio, quam examinandam, propono his verbis:

CONCLUSIO VI.

Aqua, vino in calice admixta, non convertitur in Sanguinem, nisi prius fuerit conversa in vinum.

St Scoti 4. dist. 11. q. 7. n. 2. ibi: Quia etiam quando apposita est (aqua) non convertitur in Sanguinem, nisi prius sit conversa in vinum. Divi Thomae 4. dist. 11. q. 2. art. 4. quaestiuicula prima, & tertia parte q. 73. art. 8. aliorumque communiter tam Antiquorum, quam Recentiorum, exceptis ferè Patribus Societatis.

Et videtur eam amplecti tamquam veriorè & probabiliorè Innocentius III. in cap. Cum Martha de Celeb. Missarum; ubi relatà triplici opinione Scholasticorum; Prima, asserentium vinum & aquam, quae miscentur in calice, divinà virtute mutari in Sanguinem; & aquam, quae fluxerunt de latere Christi, utique vinum in Sanguinem, aquam in aquam; Secunda, existimantium aquam cum vino transubstantiari in Sanguinem, cum in vinum, inquit, transeat mixta vino, licet physici contrarium assererent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari: Tertia, dicentium; quod aqua non transit in Sanguinem, sed semper remanet prioris vini accidentibus

56.

Sine liberè sex, aut septem stillae, vel, ut Lugo, quinta aut sexta pars.

Contra Lugo supra

57.

Conclusio haec est Scoti. D. Thomae aliorumque communiter.

eandemque approbat Innocentius III. in cap. Cum Martha.

tibus circumfusa, ita quod vini saporem as- sumit.

His, inquam, opinionibus recensitis, nulla facta mentione sententia, quae docet immediatam conversionem aquae in Sanguinem, subiungit Pontifex: Verum inter opiniones praedictas, illa probabilior indicatur, quae asserit aquam cum vino transmutari; ut expressius eluceat proprietas Sacramenti. Ubi approbatur secunda opinio, quae est nostra.

Audito Card. disp. 4. num. 45. Non dixit: Aquam conversam in vinum; sed, Aquam cum vino transire in Sanguinem Christi; & licet quando retulit sententiam secundam, quam postea videtur approbare, subiunxerit rationem; quia aqua transire in vinum, postea tamen, cum ex mente propria loquitur, illa ratione non utitur, sed Conclusionem astruit, aquam scilicet cum vino transire in Sanguinem; & probat ratione Theologica ex eo, quod ita melius significatur unio Ecclesiae cum Christo. Ita Lugo.

Qui propterea putat suam opinionem non alienam videri a mente Innocentii III. in dicto cap. Cum Martha. Imo (addit Eminent.) ipse Innocentius lib. 4. de Myst. Missae cap. 11. videtur supponere aquam transire immediatè in Sanguinem, dum dicit: In Sacramento Corporis est trinitas specierum, videlicet panis, vinum, & aqua.

Profectò si sententia Lugonis nullum alium habeat Patroponum, quam Innocentium, omni prorsus destituitur. Enimverò quilibet non praeventus, qui vel leviter introspexerit verba Pontificis in cap. Cum Martha, libenter fatebitur, Innocentium simpliciter approbare unam ex opinionibus in controversiam coram se deductis; at quippe: Inter praedictas opiniones. Et sanè nemo tunc disputantium poterat dubitare (nec haecenus prudenter ullus dubitavit) quin Papa tulisset sententiam pro secunda opinione; illa autem loquebatur de transmutatione mediata, ut clarum est.

Neque necesse erat, quod explicite uteretur illa ratione physica: Quia aqua transire in vinum, quippe intrinseca erat ipsi sententiae, quam approbat; utpote docens aquam converti in Sanguinem non simpliciter, sive immediatè, sed prius conversam in vinum; & ideo superaddit aliam rationem Theologicam: Vt, inquit, expressius eluceat proprietas Sacramenti. In quo? Nam cum aquae multae sint populi multae, iuxta quod alibi legitur: Beati qui seminatis super omnes aquas; ideo vino aqua unitur, ut Christo populus adunetur.

Hoc autem significatur perfectius, si aqua sic vino uniatur & faciat unum cum vino, ut etiam in vinum transeat, sicque in Sanguinem, qui ponatur sub symbolis unionem populi cum Christo designantibus, non solum per quamdam juxtapositionem; sed etiam per substantialem aquae in vinum, dein in Sanguinem conversionem.

Porrò Innocentium etiam approbasse rationem physicam, manifestum sit ex lib. 4. de Myst. Missae cap. 30. ibi: Quibusdam vero non absurdam videtur, quod aqua cum vino transire in Sanguinem, eà videlicet ratione, quod aqua per admixtionem transire in vinum, & vinum per Consecrationem transire in Sanguinem. Quis enim ambigat aquam in vinum transire, cum multo vino modicum infunditur aqua? Malo ego cum Pontifice de hoc transitu non dubitare, quam cum aliquibus Physicis illum negare, de quo statim plura.

Ex quo deduco, sensum Innocentii, in illo dicto cap. 11. ejusdem libri supra allegato, non esse eum, quem Card. praetendit, scilicet in calice consecrato manere species aquae nondum in vinum conversae; sed in calice offerendo mixtum fuisse vinum cum aqua, per Consecrationem in Sanguinem convertendum, remanentibus formaliter solis speciebus vini. Patet, quia non dicit: In Sacramento Corporis manet trinitas specierum, panis, vini, & aquae, prout deberet loqui ad intentum Card. sed inquit, In Sacramento Corporis est trinitas specierum, videlicet panis, vinum, & aqua, quasi diceret; haec tria sunt materia transiens hujus Augustissimi Sacramenti; fidei quippe est post Consecrationem non manere panem, vinum, & aquam; ita quod ly Specierum, non significet accidentia panis, vini, & aquae; sed magis ipsas substantias, quae principaliter & simpliciter significantur per ly Panis, vinum, & aqua.

Sed hic nondum statim finis. Nam, inquit Dicastillo disp. 2. n. 151. quamvis concederemus Pontificem illam sententiam censuisse probabilioribus; nihil ad rem. Neque enim dixit absolute probabilioribus; sed, inter opiniones praedictas illa (inquit) probabilior judicatur. Ergo si nostra sententia non est illa, nec altera ex illis duabus, ut patet; tantum definitur Pontifex, quod comparatione ad alias duas sit probabilior illa; non tamen ideo censetur definire probabilioribus esse ceteris omnibus sententiis, quae possent cogitari; nec pracludere aditum ad hanc, quae solum differt in ratione, & convenit in eo, quod praecipue quaritur, scilicet, utrum transeat in Sanguinem. Haec ille.

Resp. approbari simpliciter tamquam probabilioribus: siquidem facta erat discussio veritatis, propositis rationibus dubitandi, & diversis circa eam opinionibus. Incredibile autem est, opinionem illam in lite ista non fuisse referendam, si omnes alias in probabilitate excessisset; imò argumentum hoc est, quod tunc non fuerit nota, aut certe non digna relatu.

Contra insurgit Paulus Aretius speciali tractatu de hac controversia sect. 4. Non opus fuit, ut Innocentius eam tamquam ab aliis diversam referret; praecipue cum rationem ab aliis allatam, ipse refutasset physicorum auctoritate; si enim à secunda sententia illam rationem auferas, ne hilum quidem discrepabit à nostra.

Præterea,

admittens secundam, rejectis duabus aliis opinionibus.

Stedil...  
val...  
quili...  
m...  
st...  
st...  
st...

Contraria-  
tur Cardi-  
nalis Lugo,

58.  
qui frustra  
querit Pa-  
tronum ip-  
sum Inno-  
centium,

ob...  
ob...  
ob...  
ob...  
ob...

que...  
que...  
que...  
que...  
que...

59.  
approbans  
etiam ratio-  
nem physi-  
cam secun-  
da senten-  
tia, ut patet  
ex lib. 4. de  
Myst. Missae  
cap. 30.

Quomodo  
intelligend-  
um quod  
sit Innoce-  
sup. cap. 11.

60.  
Obiectio  
Dicastillo-  
nis,

Solus...

61.  
Obiectio  
Pauli Aretii.

Præterea ignorare non potuit Innocentius multorum sententiam esse, aquam in vinum non transmutari, & tamen in Sanguinem verti. Nam ante annos 24, jam apud Gallos percrebuerat hæc sententia, & de ea Gaufridus Romanus scripserat, ut refert Card. Baronius ad annum Domini 1188. cum Innocentius floruerit anno Domini 1212. & illi ipsi, ad quos scribebat Innocentius, supponebant aquam non converti in vinum, & ambigebatur, an converteretur immediatè in Sanguinem; inquit enim Innocentius: *Quævisi etiam, utrum aqua cum vino in Sanguinem convertatur;* si enim supposuissent aquam in vinum verti, dubium esse non poterat in Sanguinem transmutari.

Sed, pace dixerim tanti viri, qui totus fuit in probanda immediata conversione aquæ in Sanguinem, certum est Innocentium agnovisse conversionem mediatam: illa enim erat secunda opinio ab ipso relata; scivit quoque, secundum Aresium, quæstionem institui de conversione immediata, & potuisset respondere si voluisset, aquam immediatè in Sanguinem transmutari live transire in Sanguinem, etsi prius non transierit in vinum. Cur ergo non fecit, si illa erat ipsius sententia? Imò teste Baronio supra (ut eum intelligunt Aversarii) sententia, quam credidit, & custodivit semper Sancta Romana Ecclesia? Equidem elegit Pontifex inter prædictas opiniones secundam. Et quæ ista? Aquam prius converti in vinum, quam in Sanguinem.

Porro quod dicit Aresius, si à secunda sententia illam rationem auferas, ne hilum quidem discrepabit à nostra, idem est, ac si dicat, mediatæ conversioni substitue immediatam, & secunda opinio erit nostra. Quis dubitat?

Sed auferamus rationem, quia ita placet Aresio, quid remanet? *Aqua cum vino transubstantiatur in Sanguinem.* An hoc negant, qui alruunt solam conversionem mediatam? Minimè. Quomodo ergo secunda opinio non distinguitur à sententia Aversariorum, qui docent transubstantiationem immediatam?

Quia, inquis, transubstantiatio mediatæ non est conversio aquæ simpliciter in Sanguinem; sed vini, seu aquæ vinum factæ, juxta illud Joannis 2. v. 9. *Vt autem gustavit Architrivclimus aquam vinum factam.* At verò Sancti Patres passim inculcant, aquam & vinum, sive aquam cum vino transubstantiari in Sanguinem.

Resp. simpliciter verum est dicere: *Panis convertitur in nostram carnem,* etsi immediatè in chylum & sanguinem convertatur; & ita simpliciter dicere potuisset Scriptura mox allegata: *Vt autem gustavit Architrivclimus aquam;* addidit autem, *vinum factam,* ad commendationem miraculi.

Contra: dic ergo etiam herbam, quam bos comedit, mutari in tuam carnem. Resp.

non esse usitatum modum loquendi; quia illa prima conversio est nimis remota. Unde etiam aer, ex quo forsitan aqua, quæ miscetur vino, dudum facta fuerat, non dicitur transire in Sanguinem.

Contra: saltem eâ ratione dici poterit triticum, vel massa cruda consecrari, quia consecratur panis. Resp. etiam non esse usitatum modum loquendi; alioquin bene intellectus, verus est: *Fruventi adipe,* inquit Ecclesia, *satiat nos Dominus.* Præterea, ideo Ecclesia dicit aquam transubstantiari, & tacet de farina, vel massa cruda; quia hæc satis subintelligitur in ipso pane, secus aqua in vino, cum possit esse vinum purum: ut ergo significet, aquam vino esse miscendam, pronuntiat eam converti, scilicet mediatè.

Redeo ad Aresium, & inquiri; an referre sententiam alicujus Auctoris, sit refutare oppositam? Quis ita loquitur? Et verò Pontifex in cap. *Cum Marthe,* quid aliud facit, quam proponere duplicem sententiam, unam asserentem conversionem aquæ in vinum, alteram negantem?

Dices; si non approbat sententiam negantem conversionem aquæ in vinum, cur ergo eam non refellit? Sicut paulò infra non recipiens dictum Philosophicum; *Quod accidentia non mutant subiectum,* reddit rationem; *cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur.*

Respondeo primò, & consimiliter argumentor: si Innocentius ibi non approbat sententiam asserentem conversionem aquæ in vinum, cur eam non refellit? Solum enim ait Physicos contrarium asseverare ibi: *Licet physici contrarium asseverent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari.*

Respondeo secundo: quamvis in illo capite explicite non refellat sententiam negantem conversionem aquæ in vinum; equidem haud obscure significat se oppositæ adherere, quando inter prædictas opiniones amplectitur secundam, quæ supponebat aquam converti in vinum; tertiam rejiciens, quæ supponebat aquam non posse converti in vinum.

Non ergo correxit Innocentius Pontifex, ut vult Aresius, quod prius dixerat tamquam privatus Doctor lib. 4. de Myst. Missæ cap. 30. *Quis ambigat aquam in vinum transire, cum multo vino modicum infunditur aqua?* Sed magis confirmavit, eligens sententiam eorum, qui, contra judicium minus fundatum aliquorum Physicorum, constanter asserbant, aquam converti in vinum, & ideo in Sanguinem.

Porro hanc conversionem aquæ in vinum, non esse sententiam noviter inventam contra commune Patrum judicium, nimis manifestè colligitur ex Doctissimo Alano lib. 1. de hoc Sacramento cap. 13. ibi: *Probabilius est, quod omnium penè Ecclesiasticorum Scriptorum iudicio defenditur, aquam modicè infusam, in vini*

G *substan-*

Solvitur.

Alia obiectio.

Solvitur.

Referens eujusdam Auctoris sententiam, non eo ipso refutat oppositam.

64. Obiectio.

Solvitur s:

Solvitur 2.

Non correxit Innocentius Pontifex id, quod docuerat prius tamquam Doctori privati.

65. Conversio aquæ in vinum non est novum inventum; Alani.

sed appro-  
bata à Ca-  
techismo  
Pii V.

substantiam prorsus desinere. Accedat Catechismus Pii V. parte 2. cap. 4. q. 16. ibi: *Nam Ecclesiasticorum scriptorum sententia & iudicio, aqua illa in vinum convertitur.*

Hæc verba Catechismi leviter rejicit Lugo disp. 4. n. 59. credo, quia contraria suæ sententiæ; nam disp. 1. num. 53. ut probet verba Consecrationis esse partem Sacramenti, inquit: Qui modus explicandi non leviter confirmatur ex modo loquendi Catechismi Pii V. Hæc autem quid? Respondetur, inquit, vel Theologos illos habuisse eam sententiam, sicut alii plures tenent, quod non negamus; vel locutos solum de conversione latè sumpta, quoad denominationem vini prædominantis in illo composito.

eius verba  
leviter ni-  
mis à Lugo  
rejecit, in-  
telligit  
genere ea de  
conversione  
moralis:

de qua et-  
jam Aresius  
intelligit  
verba In-  
noc.

Et de eadem conversione, seu transitu morali intelligit Aresius supra Innocentium lib. 4. de Mysterio Missæ cap. 30. statim citato, de quo, inquit, nemo certè ambigit.

Confirmat ex verbis Pontificis ibidem paulò post subsequentiis: *Quid autem si plus apponatur aquæ quàm vini, erit irritum Sacramentum?* Respondet; *Oportet quidem quòd tantum vini ibi ponatur, ut aqua commixtum saporem vini retineat.* Hoc autem, ait Aresius, quid aliud est, quàm aquam esse conversam in vinum moraliter, sive accidentaliter? Hoc igitur existimat sufficere, ut Sacramentum irritum non sit, & aqua vertatur in Sanguinem. Sicuti & cap. Periculosus de Celeb. Miss. nil amplius requirit Honorius III. qui proximè ei successit, quàm ut in calice plus vini, quàm aqua ponatur. Hæc Aresius. Quæ non carent difficultate.

cap. Per-  
iculosus de Ce-  
lebr. Miss.  
Honorius III.

66.

Interim non dubito, Pontificem intellexisse transitum physicum; loquitur quippe de illo transitu aquæ in vinum, de quo fit mentio in cap. *Cum Martha* de Celeb. Miss. ut inspicientem verba non potest latere; atqui in cap. *Cum Martha* agit de conversione physica. Patet, quia tertia sententia, quam rejicit, admittit conversionem moralem, id est, circumfusionem accidentium vini, ibi: *Præterea potest dici quòd aqua non transit in Sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quòd vini saporem assumit.*

Sed male,  
cùm in cap.  
*Cum Martha*  
fiat mentio  
de conver-  
sione physi-  
ca.

Nullus sci-  
quid Scrip-  
tor Ecclesi-  
asticus potuit  
dubitare de  
moralis.  
Alanus.

Certè ridiculum est, Ecclesiasticos Scriptores statuere sententiam de conversione latè dicta, cùm nullus sanæ mentis de ea possit vel leviter ambigere. Verba Alani supra nullam admittunt tergiversationem: *Probabilis, inquit, est quòd omnium penè Ecclesiasticorum scriptorum iudicio defenditur, aquam modicè infusam, in vini substantiam prorsus desinere, id est physicè in vinum transire. Et tamen si id non feret, id est, si aqua physicè non transiret in vinum, sed existeret aqua in variis & abditis vini partes diffusa (quis dubitet moraliter conversam?) facerent nihilominus unum non specie, sed permixtione, & totum illud, modò vinum prædominantem partem obtineret, converteretur in Sanguinem Dominicum.*

Hinc ad confirmationem Respondeo Neg. Conseq. aliud quippe est, Sacramentum non esse irritum; aliud, aquam converti in Sanguinem; etenim purum vinum validè consecratur; ergo etiam vinum mixtum, licet aqua, aut quælibet alia substantia mixta non transubstantietur, dummodò non tantum denominativè, sed etiam essentialiter maneat vinum, id est, ut loquitur Innocentius, *saporem vini retineat*; non quia omne quod sapit vinum, sit materia consecrabilis: experientia siquidem docet, & cerevisiam & siccam aliquando imbui sapore vini; sed quoniam sapor remanens, Pontifici signum est, substantiam vini nondum esse corruptam per admixtionem aquæ, aut alterius substantiæ.

Nec aliud intendit Honorius III. quàm ad validitatem Sacramenti requiri majorem partem vini, ne alioquin per majorem partem aquæ substantia vini corrumpatur. An autem sit licitum apponere aquam in quacumque quantitate, infra quantitatem vini, illi Pontifices nec asserunt, nec negant; sed Eugenius IV. in Concilio Florentino, ut supra expendimus, præcipit adhiberi aquam modicissimam, ob plures rationes, inter quas unam existimo, ut tantò facilis mutetur in vinum, & consequenter in Sanguinem: adeoque, quantum fieri commodè potest, evitetur mixtio non consecrati cum consecrato, de quo plura infra.

Venio ad Gaufredum Monachum Cisterciensem Discipulum olim Sancti Bernardi, qui (teste Baronio ad annum Christi 1188.) de hac re scripsit Epistolam ad Episcopum Albanensem, Clementis Papæ III. Vicarium. *Quid autem rescripsit, inquit Baronius, ad petitam consultationem Cardinalis Episcopi Albanensis, non invenimus: sed aliud rescribere non potuisse certum est, quàm quòd creditur & custodivit semper Sancta Romana Ecclesia, nimirum aquam simul & vinum transubstantiari in Sanguinem Christi. Utique, secundo Adversarios, immediate; nam de illa conversione disputabatur, ut colligunt ex fundamento partis negantis, quòd his verbis refert Gaufredus in sua Epistola.*

*Ceterum in nuntiantur potissimum uni verbo, quòd principales Sancti in duabus speciebus panis, & vini, Consecrationem perfici perhibentes, nullam in verbo illo alicuius diversæ speciei, nullam aquæ fecerint mentionem. Cui fundamento facile potuissent satisfacere pars affirmans, dicendo; ideo non fieri mentionem aquæ, quia quando hæc convertitur, amplius non est aqua, sed vinum. Sed hoc non respondit.*

Quid ergo? Ad quòd, inquit, responderet eis, quòd non consueverit homines mixturam vini & aquæ, nec si quantitas aquæ prævaleat, aquam nuncupare, sed vinum. Præterea calicem Dominus legitur accepisse, non vinum, quamvis continens Evangelista posuerit pro contento.

Intelligebant ergo, inquit Dicastillo disp. 2. num.

67.  
Respon-  
dit ad confir-  
mationem.

& ad cap.  
Periculosus  
de Celeb.  
Miss.

68.  
Exponitur  
sententia  
fratris Gil-  
berti Cister-  
ciensis Me-  
nachii.

num. 135. questionem utraque pars disputantium de mixtura vini & aquæ, qua mixtura adhuc esset vinum & aqua, & non solum vinum, & de hac quærebant; an tota converteretur in Sanguinem.

Resp. Neg. Conseq. & dico controversiam tempore Clementis Episcopo Albanensi à Gaudredo propositam, & postea sub Innocentio III. resumptam fuisse; An aqua ullo modo converteretur in Sanguinem. Communior sententia, teste Baronio supra, quam Innocentius cap. Cum Martha elegit, affirmabat aquam aliquo modo converti, scilicet prius in vinum conversam. Negabant alii; quia ex opinione aliquorum Physicorum putabant, aquam non posse converti in vinum, ac proinde manere in propria substantia, circumfusa accidentibus vini.

Colligo ex Epistola Gaudredi, ibi: Et affirmantium quædam assertio est, nullatenus esse credendum, quod in calice Domini purum fuerit vinum, præsertim cum in regione illa sic habeatur in usu commixtio aquæ, ut de Sapientia quoque legatur, quia miscuit vinum: nec nisi mixtum in illis maximè regionibus facile soleat propinari. Ecce prima ratio partis affirmativæ.

Sequitur secunda: Aium etiam, quod cum substantia aquæ, que ad conficiendum panem miscetur simila, post Consecrationem aqua non maneat: incongruum fore videtur, ut mixta vino similiter in Consecratione non mutetur.

Adjiciamus tertium fundamentum. Postremò cum elementa quatuor, ignis, æter, aqua, & terra superius Artifices sic coniunxerit, ut non tam elementa simplicia, quod ex eis elementata sunt, que videntur, si ab illa mutatione excipere ceperit alius ignem, alius æterem, alius terram, sicut isti (Negantes) aquam excipiunt, non mediocri inde confusio consequetur.

Si has rationes seu fundamenta eorum, qui affirmant conversionem aquæ in Sanguinem, maturè Dicastillo expendisset, festinè cognovisset, in illa Epistola non asseri conversionem immediatam, sed mediatam. Alioquin neque secunda, neque tertia ratio esset ad propositum.

Quæro siquidem, An aqua, quæ miscetur similitè ad conficiendum panem, immediatè transeat in Corpus Christi? Quis nisi cæcus non clarissimè intuetur prius eam transire in panem? Quid enim aliud panis est, quàm farina aqua coagulata ab igne cocta per modum assationis in furno aut simili modo? Et verò activitas ignis, qui necessarius est ad coquendum panem, planè sufficiens est ad ejus corruptionem substantialem. Ergo sicuti aqua non convertitur in Corpus Christi, nisi prius fuerit conversa in panem; ita quoque ex iudicio Affirmantium, aqua mixta vino non convertitur in Sanguinem, nisi prius fuerit conversa in vinum.

Sane si defendere voluissent aquam immediatè converti in Sanguinem, ad quid tertia ratio; quia elementa in mixtum convertuntur?

Quam profectò addiderunt, ut probarent aquam in vinum converti, & ita in Sanguinem contra Adversarios, quos probè noverant mordicè negare conversionem aquæ in vinum.

Et ideo ad fundamentum ipsorum, supra ex Gaudredo relatum; planè incongruè respondissent: Quia quando aqua iam convertitur, amplius non est aqua; sed vinum: hoc enim Adversarii supponebant falsum. Optimè ergo responderunt: quod non confluere homines mixturam vini & aquæ; aquam nuncupare, sed vinum; si quantitas vini prævaleat, uti solet prævalere in casu proposito. Sed quid si quantitas aquæ prævaleat? Existimo planè non solere ubique homines talem mixturam appellare vinum.

Unde hæc verba: Nec si quantitas aquæ prævaleat, sic fortè intelligenda: Nisi quantitas aquæ prævaleat. Alioquin secundum Adversarios consequenter dicendum foret, etiam tunc, quando quantitas aquæ prævaleat, aquam illam convertendam immediatè in Sanguinem. Quod an verum sit, ipsi viderint.

Cæterum eundem fuisse statum questionis tempore Innocentii, non potest esse dubium inspicienti textum; ideoque gratis dicit Aretius supra, illos, ad quos scribebat Innocentius, supposuisse aquam non converti in vinum, & solum dubitasse, an converteretur immediatè in Sanguinem; si enim supposuissent aquam in vinum verti, dubium esse non poterat in Sanguinem transmutari.

Resp. nec unum, nec aliud supposuisse; sed simpliciter quævisisse, an aliquo modo aqua transubstantiaretur in Sanguinem. Quapropter Pontifex diversas adfert opiniones, quarum una supponit aquam converti in vinum, altera autem negat.

Instas cum Dicastillone supra: Baronius eodem Tomo anno 1192. cum narrasset miraculum aquæ convertæ in Sanguinem, propter particulam hostiæ, quæ in vasculum casu ceciderat, ablucens Sacerdote digitos post administratam Eucharistiam puellæ ægrotanti; his verbis concludit hanc historiam, & annum illum: Confutavit idem miraculum hæresim hoc sacculo abortam, negantium aquam vino mixtam mutari in Sanguinem. Dubitandum ergò non est Baronium in hac fuisse sententia. Hæc Dicastillo.

Sed quæ illa sententia? Affirmans, inquis, aquam vino mixtam mutari in Sanguinem; nam negans, hæresis est. Quid audio? Hæresis, inquam, est. An ergo omnes Hæretici, qui negant immediatam conversionem aquæ in Sanguinem? Num fortè Baronius privatam habuit revelationem hujus veritatis? Vel si communis extat, quo loco Scripturæ? In quo Concilio? Certe neque conversio mediata ullibi reperitur definita: ut vel ex isto solo, Baronius minoris esse debeat auctoritatis in hoc puncto.

71. Idem status questionis fuit tempore Innocentii.

Instantia Dicastillonis. Baronius.

72.

Negantès immediatè conversionem non sunt hæretici.

Berenius.

Accedit, quòd ibidem immediatè ante verba citata sic habeat: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Hac de transubstantiatione aqua in Sanguinem Christi per commixtionem Corporis Christi divinitus facta, quòd semper fieri in vino (nota bene) cum commixtio intercederet, antiquitas existimavit. Vnde illud Romani Ordinis de Officio Missæ in fine: *Vinum autem non consecratum, sed Sanguini Domini commixtum, sanctificatur per omnem modum.* Vellem scire, quænam sit illa antiquitas, vel qui sint isti Antiqui, qui docent vinum transubstantiari per mixtionem Corporis Christi, aut vini consecrati.

73.  
Imoc. III.  
Neque verum est vinum transubstantiari per mixtionem Corporis Christi.

Sanè contrarium in terminis docet Innocentius III, lib. 4. de Myst. Missæ cap. 31. in principio. Hæc sunt ejus verba: *Si verò post calicis Consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in Sanguinem, nec Sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori, quòd sub eis latet, undique circumfunditur, non madidans circumfusum.*

Et infra: *Quidam autem (an forsitan illi antiquitas?) voluerunt adstruere, quòd sicut aqua pura per aqua benedicta contactum efficitur benedicta, sic vinum per Sacramenti contactum efficitur consecratum, & transit in Sanguinem, quorum assertioni ratio minime suffragatur.*

Neque Ordo Romanus, qui commodè intelligi potest de qualibet sanctificatione inferiori, naturaliter quasi resultante ex contactu, & quasi intimâ præsentia Corporis & Sanguinis Christi: secus de Consecratione, quæ totaliter dependet à voluntate Christi, cujus ne vestigium quidem reperitur vel in Scriptura, vel in Conciliis generalibus, aut Traditione.

Hactenus pro vindicatione Pontificis Innocentii, sive responsionis ejus in cap. *Cum Martha* de Celeb. Miss. quæ, quia Adversarios torquet, etiam vicissim ab ipsi mirabiliter torquetur: at lavant, communi proverbio, *Æthiopem.*

74.  
Julius I.  
non parrocinatur Adversariis.

Frustra quoque advocant, & in Patronum eligunt Julium I. qui scribens Episcopis per Ægyptum hæc habet verba (& referuntur à Gratiano de Consecr. dist. 2. cap. 7.) *Qua copulatio & coniunctio aqua & vini sic miscetur in calice Domini, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, Sanguis Christi incipit esse sine nobis, si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo.*

Hinc autem, inquit Arefius supra, primò habemus, vinum & aquam debere offerri, id est, consecrari; ita enim solent Patres hoc verbo uti. At si aqua in vinum semper converteretur, jam solum vinum offerretur.

Nego Subsumptum. Enimverò non offertur solum vinum, quando consecratur vinum, aqua in calice permixtum, sive illa aqua jam conversa sit in substantiam vini, sive non, de quo ibi minime disputat Pontifex, cujus non videtur alia intentio fuisse, quàm rursus, juxta anti-

quorum sententiam Conciliorum, præcipere, aut præceptam ostendere mixtionem aquæ cum vino in calice offerendo.

Ex quo patet solutio ad secundum: Secundò, inquit Arefius, additur: *Qua copulatio & coniunctio sic miscetur, ut non possit separari.* Ubi nota, appellari copulationem & conjunctionem, aquæ mixtionem cum vino, ad quod sufficit, ut sit mixta vino, non autem requiritur, ut corrumpatur; imò ineptè diceretur, aquam non posse separari à vino, si non supponeretur adesse: quod enim non existit, frustra dicitur separari non posse.

Sed quis nostrum dicit, aquam non posse misceri vino, nisi corrumpatur? Hactenus nemo; omnes enim fatentur satisfieri præcepto Ecclesiastico mixtionis, si aqua immediatè ante Consecrationem infundatur calici, etiam moraliter certò non corruptenda, adeoque non convertenda in Sanguinem.

Similiter quòd addit: Imò ineptè diceretur &c. non est ad propositum. Siquidem non ait Pontifex, ita aquam debere misceri vino, ut facta commixtione non possit separari à vino, sive per artificium, sive communi modo (etenim communi modo non posse ab omnibus supponitur, an per artificium, multi dubitant) sed mens Julii fuit, & verba sic sonant, ita aquam miscendam esse vino, ut ipsa mixtio non possit separari, id est, non possit licitè omitti, ad quod impertinens est, sive adsit aqua tempore Consecrationis, sive non; dummodò offeratur vinum antea aqua permixtum. Maneat itaque Julium Pontificem nec uni, nec alteri parti patrocinari.

Pergamus ad Concilia, quæ Arefius supra contendit favere suæ opinioni; nos autem existimamus sententiam communem non modicum confirmare.

Et primò quidem ex Concilio Florentino pro nostra Conclusionem sic argumentor: Materia calicis est vinum de vite, cui ante Consecrationem aqua modicissima adhiberi debet, idque, ut antè probavimus, ex solo præcepto Ecclesiastico: ergo aqua non est materia apta Consecrationi; Ecclesia namque per suum præceptum non potest facere materiam consecrabilem, quæ de se non est talis.

Respondent Adversarii, & ex iisdem verbis pro se concludunt; ergo aqua est pars materia; quia Pontifex cum vino simpl mentionem facit de aqua, id est, statuit pro materia consecrabili vinum mixtum aqua, sive dilutum, quòd simpliciter est vinum usuale juxta illud Proverb. 9. v. 5. *Bibite vinum, quòd miscui vobis;* diversimodè tamen de illis loquitur, ut ostendat aquam non esse de necessitate Sacramenti, sicut si diceret; *Materia Corporis est panis, cui fermentum misceri debet.*

Contrà; non dicit Concilium: *Materia calicis est vinum mixtum aqua, sive dilutum;* sed, *vinum de vite,*

de vite, utique purum; quia loquitur de illo vi-  
no, cui adhuc aqua miscenda est, non dubium  
quin per modum ceremoniæ: cur enim aliàs  
non sufficeret mixtum fuisse in cavea? Et sanè  
quod non est de necessitate Sacramenti, non  
non potest habere aliam rationem, quàm cere-  
moniæ.

Meminit autem Concilium hujus magis ce-  
remoniæ, quàm aliarum, propter ejus præstan-  
tiam, desumptam tum ex factò Christi, tum  
ex multitudine, perfectione, & diversitate eo-  
rum, quæ per illam repræsentantur: ac potissi-  
mum, quia aqua transiens in vinum, transub-  
stantiatur in Sanguinem Christi.

Ad simile, quod est Lugonis supra n. 62.  
Respondeo: illam propositionem simpliciter  
esse falsam; quippe non panis, sed massæ farina-  
cæ, ut sic loquar, miscetur fermentum, ex  
quo mixto, igne decocto, sive quod mixtum,  
igne decoctum, est panis fermentatus, qui est  
materia apta Consecrationi. Porro vinum de  
vite substantialiter existit ante commixtionem  
aquæ, & hinc etiam antecederet ad illam val-  
lidè consecratur; aqua autem permixta tunc so-  
lùm, & semper validè consecratur, quando eo  
modo est una cum vino substantia, quo modo  
farina & fermentum est unus substantialiter  
panis.

Instat Arefius: cur non dicemus quoque,  
cum dixit Pontifex, materiam Corporis Chri-  
sti esse panem triticeum, panem quidem specta-  
re ad materiam, triticeum autem ad ceremonias,  
si nostro arbitratu licet verba Pontificis  
dividere, & alia ad materiam, alia ad ceremonias  
referre?

Resp. nos non dividere proprio arbitratu  
verba Pontificis, quæ seipsum dividit; quam-  
quæ divisionem Concilium supposuit unum-  
quemque facile posse cognoscere, cujus animum  
non occupaverit falsa de hac re opinio. Forsitan  
etiam clariùs noluit exprimere, ut Arefius  
haberet materiam, subtilitatem ingenii sui om-  
nibus patefaciendi.

Sed quanta subtilitas præfati argumenti!  
Quasi idem sit modus loquendi, panis triticeus,  
panis ex tritico confectus, & vinum de vite, cui de-  
bet misceri aqua, vel (quia ita placet Adversariis)  
vinum mixtum aquâ, quo termino non utitur  
Concilium, quamvis Sancti Patres sæpè ita  
loquantur. Quis, inquam, adeo hebes fuerit,  
ut non primo intuitu videat diversitatem?

Interrogo siquidem, panis triticeus, seu ex  
tritico confectus, est verus panis sine tritico?  
Quis adeo ignarus ut affirmet? Peto rursum:  
consecrari potest panis triticeus, & non triti-  
cum? Negant, qui intelligunt. Non gravetur  
Lector, si tertiam propono quæstionem: vi-  
num de vite, cui misceri debet aqua, est vinum  
substantialiter sine aqua? Consecrari potest vi-  
num, & non aqua, quæ misceri debet, vel  
etiam est actu mixta? Quis non illicò affirma-

bit? Ecce quanta disparitas inter panem triti-  
ceum, & vinum mixtum aquâ.

Alioquin sicut panis triticeus est materia  
essentialis; cur non sic etiam vinum mixtum  
aquâ? Resp. Arefius, vinum purum non esse  
quidem materiam perfectam, & qualem voluit  
Christus & Ecclesia; esse tamen materiam suffi-  
cientem. Sed quare non similiter dicit, panem  
v. g. siliagineum, aut hordeaceum, non esse qui-  
dem materiam perfectam, & qualem voluit  
Christus, & Ecclesia, esse tamen materiam suf-  
ficientem? Certè non aliunde colligitur diffe-  
rentia, quàm ex modo loquendi Concilii &  
communi sensu Ecclesiæ.

Non credo quempiam posse prudenter for-  
midare, quin Christus, si voluisset, sic insti-  
tuisset vinum mixtum aquâ materiam calicis, ut  
tamen aqua manens incorrupta non transiret in  
Sanguinem; & nihilominus verum esset dicere:  
Vinum mixtum aquâ transiit immediate in Sangui-  
nem, scilicet quatenus est verè & substantialiter  
vinum.

Sed dices cum Arefio: Doctissimus vir Gre-  
gorius Hieromonachus, qui Concilio Florenti-  
no interfuit, post ipsum Concilium Marco  
Ephesino pro defensione ipsius Concilii re-  
spondens, & calicis materiam explicans, docet,  
eam esse, vinum & aquam. Et infra ait: Sem-  
per panem, vinum, & aquam transmutari in  
Corpus, & Sanguinem Christi.

Resp. sed non eodem modo, panem utique  
& vinum immediate, aquam autem mediate,  
quod Gregorius, quia doctissimus, satis notum  
existimavit Marco Ephesino ex ipsis verbis  
Concilii, & communi tunc sensu Ecclesiæ.

Dices II. cum eodem Auctore: Creditur,  
teste Eugenio in præfato Concilio, ipsam Do-  
minum in vino, aquâ permixto, hoc instituisse  
Sacramentum: ergo aqua non ad ceremoniam,  
sed ad materiam spectat.

Resp. si priùs conversa fuerit in vinum; cæ-  
teroquin mixtionem aquæ ceremoniam esse, &  
fuisse, non minùs, quàm fuerit gratiarum actio,  
benedictio &c. quæ Christus præmisit Consec-  
rationi Corporis, & Sanguinis sui, non video  
quomodo aliquis possit dubitare.

Profectò si aqua mixta vino, tamen si non  
conversa in vinum, creditur materia hujus Sa-  
cramenti, qui fieri potuit, ut nullus Evangelis-  
tarum vel verbo eam indicaverit?

Quia, inquis, sub vino satis intelligitur,  
cum Judæi non solerent bibere, nisi vinum  
aquâ mixtum. Sed unde id constat? Et esto;  
unde scitur aquam illam non priùs fuisse con-  
versam in vinum, & non ideo totum mixtum à  
Scriptura simpliciter appellari vinum?

Sanè hæc conversio prævia videtur una ex  
rationibus, propter quas idem Concilium præ-  
cipit misceri aquam modicissimam, ut tantò ci-  
tius convertatur in vinum, & evitetur permix-  
tio rei non consecratæ cum consecrata.

79.  
Arefius do-  
cet vinum  
purum non  
esse mate-  
riam perfe-  
ctam, sed  
solum suffi-  
cientem.

& citat  
quendam  
Gregorium  
Hieromona-  
chum, do-  
centem ma-  
teriam cali-  
cis esse vi-  
num &  
aquam.

sed debet  
explicari de  
materia me-  
diata, cum  
dixit aquam  
esse mate-  
riam.

80.  
Urget ulte-  
rius Arefius  
ex factò  
Christi?

sed hoc ar-  
guit solum  
aquam esse  
adhibendam  
per modum  
ceremoniæ;

81.  
& adhibe-  
tur modica,  
ut citius  
convertatur  
in vinum.

Respondent Adversarii; plures alias esse rationes hujus modicitatis, & illius rationis neque Concilium, neque quemquam SS. Patrum meminisse.

estd sint alia istius modicitatis rationes,

Non diffiteor, etiam alias rationes communiter assignari; Prima, ne vinum convertatur in aquam; Secunda, ut aqua moraliter saltem convertatur in vinum; Tertia, ad significandam parvitatem nostram comparatione divinitatis, & similes: equidem ad quas sufficeret aqua modica. Malè ergo Concilium Florentinum requisivisset modicissimam, nisi insuper considerasset notabilem quantitatem aquæ, v. g. tertiam partem, quam permiserat Concilium Triburienſe cap. 19. non tam facilè brevi temporis spatio converti posse in substantiam vini.

& illa non fuerit ab Eugenio alata in textu Concilii.

Non posuit autem Eugenius illam rationem in textu Concilii, sicuti nec alias; quia in lege non solet exprimi ratio legis, maximè quando obvia est, ut erat ista (de qua tractamus) ex Innocentio III. cap. Cum Martha, quod ignorare non potuit Eugenius IV. Quare frustraneum judicavit, rationem illam legi inferere.

82. Cur Ecclesia ordinaverit, ut mixtio aquæ fieret tempore oblationis.

Ex eodem motivo, saltem partiali, putamus Ecclesiam ordinasse, ut mixtio aquæ fieret tempore oblationis, & oblatio aliquo tempore præcederet ipsam Consecrationem regulariter & per se; quamvis fortè Christus immediatè ante Consecrationem miscuerit, quod tamen incertum est: sicut etiam non constat, quantum aquæ adhibuerit; quàm forte & præstans fuerit vinum; & an non per miraculum, quemadmodum poterat, statim aquam in illud transmutaverit.

Objectio Lugonis.

Contra (inquit Card. Lugo supra num. 51.) ergo in nullo prorsus casu liceret illud temporis intervallum omnino prætermittere, ne committatur sacrilegium, si maneat aqua in sua substantia admixta Sanguini Christi, sicuti nunquam licet apponere lac, vel mel in vino consecrando.

83. Solvitur

Resp. Neg. Conseq. Ecclesia namque columna & firmamentum veritatis, judicat meliùs esse Sacramento, si ei miscatur non consecratum, quàm si omittatur illa mixtio; utique propter ejus significationem: præsertim cum in aliis casibus mixtio hujusmodi sine irreverentia ab Ecclesia concedatur.

ex ordinatione Rubricarum,

Sic quippe legimus in Rubricis generalibus Titulo de defectibus cap. 10. n. 8. Si sumendo Sanguinem, particula remanserit in calice, digito ad labium calicis eam adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum & sumat. Quis ambigit in tali casu vinum non consecratum tangere hostiam consecratam?

& praxi celebrantium, qui sæpius in me, inimo semper miscent vinum non consecratum, & praxi celebrantium, qui sæpius in me, inimo semper miscent vinum non consecratum,

Quin semper, moraliter loquendo, in prima ablutione calicis, vinum, quod infunditur, miscetur Sanguini Christi; siquidem ordinariè aliquis remanet in calice post sumpcionem.

Adde Ecclesiam expressè præcipere Sacerdoti celebranti feria 6. in Parasceve, ut mittat

partem hostiæ consecratæ in calicem non consecratum; Tunc, inquit, celebrans facta reverentia usque ad terram, supponit patenam Sacramento &c. & statim supra calicem (utique non consecratum) dividit in tres partes, quarum ultimam mittit in calicem more solito. Quidni igitur Ecclesia possit præcipere, ut immediatè ante Consecrationem in casu extraordinario aqua miscetur vino, quamvis moraliter certum sit totam aquam non convertendam in vinum; adeoque, secundum nos, nec in Sanguinem?

Respondent Adversarii Primò; Innoc. nec non plurimos SS. Patres generaliter dicere, aquam non remanere post Consecrationem; item, aquam & vinum transubstantiari in Sanguinem, & similia.

Verùm quis nesciat locutiones sæpè sæpiùs admittere varias exceptiones? Et verò quid dicit Reg. Juris 81. de Regulis Juris in 6? In generali, inquit, concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Ergo similiter in generali locutione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter in specie excepisset. Et impræsentiarum, in generali locutione Innocentii, non comprehenditur casus particularis, in quo non obtinet ejus ratio. Quæ illa? Cum in vinum transeat mixta vino, communiter, & per se, si non tota, saltem pro aliqua parte.

Atque ut in casu particulari nihil converteretur, adhuc generalis locutio Innoc. & SS. Patrum non minùs vera foret, atque illa Apostoli Rom. 5. v. 12. In quo (Adamo) omnes peccaverunt, tametsi Immaculata semper Virgo MARIA non peccaverit, secundum illud Divi Anselmi (vel quisquis est Auctor) in cap. 5. 2. ad Corinth. Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, demptà Matre Dei. Et istud Divi Augustini lib. de Nat. & gratia cap. 36. Inde enim scimus, quòd ei plus gratia collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quòd concipere ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum.

Sed contra: Vidimus (inquit Aresius sect. 9.) indefinitè dici; vinum verti in Sanguinem, panem in Corpus Christi, neminemque dubitare, an hæc propositiones semper, vel aliquando tantùm sint veræ.

Quid mirùm, cum nulla subsit ratio dubitandi? Quippe sunt materia essentialis, & necessaria ex institutione divina; cum tamen aqua, etiam in sententia Aresii, non sit materia essentialis; imò, in communiore opinione, neque necessaria ex præcepto divino. Ergo quemadmodum hæc propositio indefinita: Vinum & aqua sunt materia calicis (quam admittit Auctor prædictus sect. 4.) non æqualiter verificatur in utraque specie: nam omne vinum est materia, non sic omnis aqua; sed illa dumtaxat, quæ mixta est vino; ita quoque hæc indefinita propositio: Vinum & aqua transubstantiatur in Sanguinem,

gnem, quamvis generaliter sit vera in vino, non tamen propterea in aqua, de qua est longe alia ratio, ut ex dictis satis colligitur, ad quæ remitto Lectorem, ne sapius eadem cum tædio & nimia prolixitate debeam repetere.

Instat Aresius: Præterea, etsi non omnes propositiones indefinitæ æquivalent universalius, saltem hoc verum esset de negativis: negatio enim, ut dialectici docent, hæc vi pollet, ut totum, & omnino neget, & universali æquivalcat.

Confirmat: Quocirca etiam divina legis Interpretes docent, præcepta negativa obligare semper, & ad semper. Non occides, inquit Deus indefinitè, & quis tam impius vel plumbeus est, ut dicat, prohiberi tantum, ut non semper occidamus, non verò ut aliquando?

Certè plumbeus sit, ne dicam impius, qui audeat affirmare, omnem occisionem esse prohibitam, contra Apostolum Rom. 13. v. 4. Si malum, inquit, feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: Vindex iram ei, qui male agit. Quid aliud clamant quotidiana bella, quam aliquando occisionem esse licitam?

Quod si respondeas, subintelligendum esse: Non occides innocentem & iustum: Respondeo & ego subintelligendum esse. Aqua convertitur in Sanguinem, prius conversa in vinum, quæ in omni casu vera est. Insuper hæc propositio: Nec infans, cuius unius diei est vita super terram, mundus est à sordibus, nonne negativa est? An ideo ab illa erroneè excipitur Beata Virgo MARIA?

Sed urget Aresius ex ratione: Vel ex eo quod aqua remaneat, sequitur aliquid inconveniens, vel nullum: si nullum, cur ergo non poterit remanere semper? Curvè illa sententia damnatur, ad quam nullum sequitur incommodum? Si aliquid sequitur, cur aliquando concedemus permanere? Numquid quia rarò accidit, permittendum erit aliquid incommodum contra Sanctissimi Sacramenti dignitatem & reverentiam? Quis hoc affirmare audeat?

Resp. Nemo affirmat, sed omnes docent, vel docere debent (quod miror virum alioquin doctissimum non advertisse) plurima, quæ extra necessitatem essent contra reverentiam Sacramenti, in necessitate ab omni huiusmodi incommodo excusari; imò positivam potius esse reverentiam: v.g. si Eucharistia ab Hæreticis est profananda, pedibus conculcanda, conspuenda &c. consultitur honori Sacramenti, si à peccatore sumatur, quæ tamen sumptio extra illum casum esset positiva irreverentia. Et nonne præcipitur Sacerdoti ministrari Sacramentum peccatori occulto ad vitandam ejus infamiam, cum aliàs communicare peccatorem publicum sit grave sacrilegium?

Applico ad propositum: indubie irreverentia est rem non consecratam sine ulla ratione miscere, aut mixtam permanere rei consecrate:

nec tamen minùs certum, ex suprà ad oculum demonstratis, in aliquibus occurrentis istiusmodi mixtionem nullam prorsus continere indecentiam. Quapropter etsi admitteremus indecens & incommodum esse, si aqua regulariter & per se remaneat in sua substantia mixta vino consecrato; consequens adhuc minimè esset in casu extraordinario, quando aliter mixtio fieri non potest, eandem aut similem reperiri indecentiam seu irreverentiam.

Numquid ergo (interrogat Aresius suprà sect. 9.) natura Sacramenti mutabilis est, ut hoc nunc deceat, quia commodum nobis est; paulò post dedecet, quia nobis incommodum? Quis non videat, quam incommode hæc dicantur? Hæc ille.

Imò quis non videat, quam commode hæc dicantur? Non quod natura Sacramenti sit mutabilis; sed quoniam eadem physica actio pro ratione diversarum circumstantiarum nunc induit rationem cultûs & honoris, paulò post inhonoratæ ac despectûs seu vilipensionis, ut mox exemplificavimus, & rursum exemplifico in illo, qui ex metu mortis ad evitandum proprium incommodum administrat Sacramentum indigno, secundum aliquos, sine peccato, quod aliàs, si commode posset Sacramentum negare, absque dubio incurreret.

Prudentissimè itaque ordinavit Ecclesia, ut communiter mixtio aquæ tanto temporis spatio præcedat verba Consecrationis, quòd moraliter loquendo requiritur, ut aqua convertatur in vinum, aliàs non convertenda in Sanguinem; sic tamen ut rationabiliter etiam præcipiat in casu oblivionis, eandem fieri immediatè ante Consecrationem, quamvis moraliter certum sit, non totam aquam in Sanguinem transubstantiandam.

Et verò, sicut Ecclesia Græca statuit generaliter mitti aquam ferventem in calicem consecratum, cur similiter Ecclesia universalis, si ratio poposcisset, non potuisset statuere, ut mitteretur aqua in calicem non consecratum, semper permanens in sua substantia?

Dices primò: cur ergo damnatur tertia sententia relata in cap. Cum Martha, quæ assererat aquam semper permanere? Resp. non damnari in illo capite, nisi approbare unam sententiam tamquam probabiliorè, apud Aresium idem sit, quod cæteras omnes damnare: quippe nullum verbum in illo textu reperitur, quod vel à longè redolet damnationem; sed Innocentius inquit: Inter prædictas opiniones illa probabilior indicatur, quæ asserit aquam cum vino transmutari in Sanguinem, non propter irreverentiam aut sacrilegium, quod aliàs committeretur, sed, ut expressius eluceat proprietas Sacramenti.

Si qui alii damnent, ipsi viderint. Hoc scio, justè damnari non posse tamquam hæreticam, suspectam, temerariam, aut erroneam, nisi suppositâ transmutatione in vinum, quæ, teste Alano suprà, omnium penè Ecclesiasticorum

Exemplificatur in mixtione rei non consecrate alicui consecrate.

88. Neque ideo Sacramenti natura mutabilis estis

quod enim modò est indecens; mutatis circumstantiis sic decebo,

89. Aquam semper manere, non damnatur in cap. Cum Martha,

neque justè damnari potest;

Scripto.

Scriptorum iudicio defenditur. Verisimile ergo est illos Patres gravius censurantes permanentiam aquæ in sua substantia, id est, non transubstantiationem in Sanguinem, illo iudicio communi fuisse innixos.

90. Si inferas: ergo forma Consecrationis aliquando poterit esse falsa; quippe significat totum, quod est in calice per modum potûs, converti in Sanguinem Christi.

Resp. Negando Conseq. Ad probationem dico: formam significare totum, quod est in calice per modum potûs, non simpliciter, sed quatenus est substantialiter vinum; alioquin si admisceas lac, mel, succum limonis, citrei, aut alterius pomi, vel forma erit falsa, vel omnes istæ substantiæ cum vino transubstantiabitur in Sanguinem: præsertim cum vinum propterea non mutet suam appellationem magis, quam si aqua misceatur. Imò sapissimè vna lacte & melle condiuntur ad diuturniorem eorum conservationem, & tamen Adversarii nolunt admittere conversionem huiusmodi substantiarum in Sanguinem.

Respondet Arelius sect. 8. discrimen esse, quòd admixtio mellis, & similibus substantiarum sit contra intentionem Christi & Ecclesiæ; secùs admixtio aquæ, quæ sit ex institutione Christi & Ecclesiæ.

Verùm quod attinet ad institutionem Christi, illam supra negavimus, nisi per institutionem intelligas exemplum. Et gratis admissa aqua, tamquam materiam, & non potius instar ceremoniæ? Porro præceptum Ecclesiæ eandem paritur explicationem, cum solius Christi sit determinare materias & formas Sacramentorum, ut latè probavimus disp. 1. sect. 3.

91. Nec satisfacis dicendo, Ecclesiam quidem non posse instituere novam materiam, posse tamen quoad usum determinare veterem, sicut modò determinavit panem azymum pro Ecclesia occidentali, & posset determinare ex iusta ratione vinum album aut rubrum: non satisfacis, inquam; quia aliud est quærere, an Ecclesia materiam, alioquin essentialiam ex institutione Christi, possit reddere necessariam necessitate præcepti, quod omnes affirmant; aliud, an Ecclesia per suum præceptum possit materiam, antecedenter ineptam, facere aptam Consecrationi, quod nos negamus.

Frustra ergo hic recurritur ad præceptum Ecclesiæ. Quid si enim Ecclesia non præcipere appositionem aquæ, sicuti aliqui putant Gregos non apposuisse? Quid si ex rationabili causa præcipiat miscere lac, aut mel? An ideo aqua non erit materia, & lac aut mel erit?

Si Christus (inquit Dicastillo disp. 2. n. 149.) non apposuisset aquam, nec Ecclesia id præcepisset, nihilominus esset, & appellaretur simpliciter vinum, etiamsi quis quantumvis arbitrio suo apponeret tantillam aquam, non tamen ideo

diceremus, illam aquam, supposito quòd non fuerit conversa in vinum, convertendam esse in Sanguinem.

Idem Auctor n. 162. docet eandem esse rationem de butyro, lacte, melle, & similibus (si semel ex his admixtis fiat panis usualis, ita ut absolute censetur panis usualis) atque de grano hordeaceo, admixto grani tritici, in farinam cum illis redacto, & permixto. De hoc autem (inquit Dicastillo) S. Thomas affirmavit converti.

Et aliquot lineis interjectis, addit, quòd adhuc non est omnino eadem ratio in his mixtionibus, atque in mixtione aquæ in vino. Nam, ut omittam (inquit) Christum hoc fecisse, non illud; adhuc habet peculiare, quòd aquæ mixtio in vino sit multò magis usualis, & ordinaria pro communi & ordinario potu vini.

Subtilis certè speculatio! Farina hordeacea convertitur immediatè in Corpus Christi, butyrum, mel, &c. quia ex his admixtis fit panis triticeus usualis, estò Christus in tali pane non consecraverit, nec Ecclesia illam mixtionem præcepit: at verò aqua non converteretur immediatè in Sanguinem, tametsi mixtio ejus sit magis usualis, & relinquitur vinum simpliciter & usuale, si Christus eam non adhibuisset, nec Ecclesia præcepisset. Non vides Lector quàm inconsequenter loquantur, quorum animus opinione quadam præoccupatus est?

Dic ergo, vel farinam hordeaceam, butyrum, mel &c. non converti, quia nec Christus illa adhibuit, nec Ecclesia præcepit; vel admittite etiam aquam convertendam (imò quemcumque liquorem, qui non variat appellationem vini usualis) estò Christus eam non adhibuisset, nec Ecclesia præcepisset.

Et illa videtur fuisse sententia Alani lib. 1. de Eucharistia cap. 13. ubi sic habet: *Imò est hoc ipsum de totius liquoris conversione tam receptum, ut si aqua rosacea, vel quicumque alius exoticus succus in ea quantitate admisceretur, quâ vna aqua, non minus consecraretur Sacramentum, quàm si nihil tale esset admixtum.*

Ex dictis concludo; Sacerdotem consecrantes juxta receptum modum Ecclesiæ, etsi certò sciat aquam non esse convertam in vinum, nullum profus committere sacrilegium; si vero ratione intentionis, utpote, quæ conformiter intentioni Christi & Ecclesiæ, solum fertur super id, quod est consecrabile in calice; si vero ratione verborum formæ, quæ similiter feruntur super liquorem ex Christi institutione consecrabilem; talem autem esse aquam, nondum convertam in vinum, punquam Adversarii satis probabunt ex facto Christi.

Nam in primis non constat de quantitate aquæ appositæ, cum hæc mixtio facta fuerit non temperandi potûs causâ, sed ratione mysterii. Secundò incertum est tempus interpositum inter mixtionem & Consecrationem. Tertiò potuit

neque inde forma Consecrationis redditur quandoque falsis;

non magis quam si vino misceretur parum lactis, vel mellis;

Arelius.

est etiam Christus præcepisset mixtionem aquæ.

Frustra etiam recurritur ad præceptum Ecclesiæ.

Proponitur sententia Dicastillo.

potuit Christus conversionem in vinum accelerare, & de hoc Apostolos monere. Denique est non fuerit conversa in vinum, quis Evangelista testatur ejus conversionem in Sanguinem?

An putas, quia Christus dixit Matth. 26. v. 27. & 28. *Bibite ex hoc omnes: Hic est enim Sanguis meus*; Nescitis quoniam à majori & principaliori parte sumitur denominatio? Idcirco, quemadmodum secundum Adversarios, ante Consecrationem verè dicitur de toto mixto: *Hoc est vinum*, licet aliqua pars sit substantialiter aqua; ita verè post Consecrationem dicere poterat Christus, & hodie dicitur: *Hic est Sanguis*, est aliquid substantiæ aquæ in calice remaneat.

Quid si enim mulca ceciderit in calicem ante Consecrationem, & ea permanente ex inadvertentiâ Sacerdos consecret, an propterea falsa erit forma *Hic est calix Sanguinis mei*? Et si incidit post Consecrationem, nonne Rubrica Tit. de Defectibus cap. 10. num. 5. præscribunt: *Si non fuerit ei (Sacerdoti) nausea, nec nullum periculum timeat, sumat cum Sanguine*? Et tamen ante sumptionem dicit Sacerdos: *Sanguis Domini nostri Jesu Christi &c.*

Nec refert quod mulca ibi non sit per modum potus; hoc enim est quod queritur, an omne, quod ibi est per modum potus, debeat converti in Sanguinem, ut propositio illa sit vera: & ex confessione Adversariorum clarum est quod non; nam si admisceatur alius liquor, ille non consecratur, nec tamen propterea forma erit falsa.

Omitto, quod Græci calici consecrato admisceant aquam calidam, quæ non convertitur in Sanguinem, & tamen verè pronuntiant: *Hic est Sanguis Christi*. Quid dicam de guttis internè calicis adhærentibus, quæ vi generalis intentionis, secundum diversos Auctores, non consecrantur?

Verum clamantes audio Adversarios, idololatria, & idololatria; adorant quippe populus totum, quod est in calice per modum potus.

Sed quis hoc eis indicavit? An ergo Græci idololatræ, quia adorant Sanguinem mixtum aqua calidâ non consecratâ? Similiter illi omnes, qui adorant calicem, cui interius adhærent aliquæ guttæ non consecratæ? Quid si vinum confectum sit melle & lacte, prout sapius vina hispanica ab Oenopolis conficiuntur? Certè nimis bono pretio vendunt hi Auctores peccatum idololatriæ.

Hinc Card. Lugo disp. 4. n. 46. Nolo, inquit, illo argumento uti, quia posset aliquis contendere non obesse, quod maneat aliqua pars aquæ in calice, quod minus possit adorari Sanguis ibi existens: sicut nec si existeret ibi mulca, vel gutta olei, impediret veram adorationem: adoratio quippe fertur ad Sanguinem Christi, qui ibi est, præcindendo ab aliis rebus minoribus, quæ fortè intra calicem adjunctæ sunt. Aliud dicendum foret, si nullus Sanguis esset in calice defectu Consecrationis.

Hoc ergo argumento relicto, transit Card.

n. 47. ad aliud non magis efficax. Sacerdos, inquit, sumens calicem intelligitur manere jejunus; ergo non sumpsit aquam; ergo in nullo caso manet aqua post Consecrationem. Antecedens probatur; quia Ecclesia permittit Sacerdotem tertio celebrare in Natali Domini, etiam tunc quando in prima Missa aqua immediate ante Consecrationem fuisse apposta, eum tamen prohibeat sumere abluitionem, ne jejunium frangat; ergo judicat talem Sacerdotem adhuc esse jejunum; adeoque aquam illam immediate fuisse conversam in Sanguinem.

Resp. primo; de illo casu, utpote rarissimo, Ecclesiam expressè nihil disposuisse. Unde dubitant aliqui, an possit talis Sacerdos secundo, & tertio celebrare. Facilius, inquit Lugo supra, posset responderi, non violari jejunium, ad Eucharistiam requisitum per sumptionem aquæ, quæ unâ cum Sanguine Christi per modum unius potus, ex præcepto ipsius Ecclesiæ sumitur: nam sicut non violatur jejunium requisitum ad secundam Missam per sumptionem alicujus partis terræ fortasse cum speciebus panis admixtæ, ita multò minus per partem aquæ, ex præcepto Ecclesiæ speciebus vini admixtæ.

Sed hoc frivolum est secundum Aresium sect. 8. quia etiam purificatio calicis semper sumitur cum aliqua Sanguinis particula, & tamen per eam Ecclesiâ frangi jejunium existimat. Præterea per illius aquæ sumptionem reverè jejunium naturale solvitur, quod tamen, secundum omnes, prærequiritur ad celebrationem, & confirmatur; quia cum Ecclesiâ strictissimè velit hoc jejunium observari, non decet abique illius auctoritate, quæ hic non adest, aliquam exceptionem fieri.

Frivolæ certè instantiæ; quæ enim comparatio Sanguinis Christi, cui gutta aquæ infunditur, cum purificatione calicis, quæ tota est substantia vini cum admixtione guttæ Sanguinis? Perexigua; quoniam unum mixtum appellatur Sanguis Christi, alterum vinum. Aqua modica immixta Sanguini pro nihilo reputatur, adeoque non per se potatur, sed potius transit per modum salivæ, seu insensibiliter; vinum autem purificationis, quis dubitat per se sumi, ideoque frangere jejunium naturale?

Accedit, nullam hic fieri exceptionem absque auctoritate Ecclesiæ, quæ sola sicuti requirit jejunium, ita in illo potest dispensare, seu explicare quomodo, aut qualiter illud sit accipiendum. Porro Ecclesiæ præceptum est, in casu oblivionis aquam miscere immediate ante Consecrationem; permissio quoque Ecclesiæ est, idque generalis, ter celebrandi in Natali Domini: neque ignorat plurimorum sententiam esse, aquam in illo eventu non transire in Sanguinem: igitur vel censetur in præcepto suo dispensare, vel ita illud interpretari, ut ab initio talis sumptio aquæ cum Sanguine non fuerit illâ prohibitionem comprehensa.

Contrarium omnino constat de purificatione calicis,

Neque est periculum frangendi jejunium requisitum ad Eucharistiam.

97. Contrarium conatur ostendere Aresius,

sed frustra

aqua enim modica Sanguini mixta pro nihilo reputatur:

98. & est frangere jejunium naturale

id permittit Ecclesiæ,

Cōstratum constat de purificatio- ne calicis ex cap. Ex parte de Celebrat. Missarum.

Plura Arefii argumenta, utpote minoris momenti, pratermittuntur.

99. Tertia principalis probatio Conclusionis ex Conc. Trident.

non agnosceat aquam tamquam essentialem materiam.

Responsio Arefii.

Refutatur.

100. Alia responsio Adversariorum, comprehendit aquam sub vino,

calicis, quam in terminis prohibet in die Natalis Domini ante tertiam Missam cap. Ex parte 5. de Celeb. Missarum: Postulationi vestra taliter respondemus, quod semper Sacerdos vino persundere debet ( manus ) postquam totum acceperit Eucharistia Sacramentum; nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, ne, si forte vinum persusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

Plura argumenta congerit Arefius lect. 8. ut probet incertitudinem & indeterminationem materiae, quibus, utpote minoris momenti, duximus superfedendum; unico tantum verbo Respondeo, intentionem Ecclesiae, & Sacerdotis consecrantis non ferri super liquorem, qui non est vinum, sed solum super liquorem, qui est substantialiter vinum, & certo certius scitur calicis infusus, & secundum se determinatus est, licet forte aliquis alius liquor sit immixtus, qui à vero vino discerni non possit: atque hæc certitudo & determinatio per se sufficit ad licitam, & validam Consecrationem, quando major haberi non potest, de quo diffusius infra.

Sequitur hic tertia principalis probatio nostræ Conclusionis, quæ accipitur ex Concilio Tridentino, quod sess. 13. per totam, in qua tamen expressè agit de institutione Augustissimi hujus Sacramenti, ejus materia, formam, transubstantiatione panis & vini, nullam prorsus facit mentionem aquæ; signum ergo est, quod non agnoverit illam pro materia essentiali, nisi conversa prius esset in vinum. Unde can. 2. definit, *Mirabilem illam, & singularem conversionem totius substantia panis in Corpus, & totius substantia vini in Sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis & vini.*

Respondet Arefius lect. 4. ideo Concilium hic non facere peculiarem mentionem de aqua, quia de ipsa clarissimum erat testimonium Concilii Florentini: neque modò contra Armenos disputabat, qui illam negabant, sed contra alios Hæreticos; non omisit tamen sess. 22.

Sed cur hoc? An fortè tempore istius sessionis jam deserat clarissimum testimonium Concilii Florentini? Vel fortassis in illa sessione disputabat contra Armenos, & non contra alios Hæreticos? Cur ergo sess. 22. agit de mixtione aquæ, & non sess. 13.? Certè non ob aliam rationem, quàm ut ostenderet solam substantiam vini esse materiam essentialem Sacramenti Eucharistia, de quo specialiter agit sess. 13. mixtionem autem aquæ ceremoniam quamdam solemnem Sacrificii Missæ, de quo peculiariter tractat sess. 22. Hinc

Aliter respondent Adversarii: sicuti nomine vini Concilium intelligit etiam aquam admixtam; ita quoque à speciebus vini can. 2. allegato non excludere species aquæ, quæ cum illis integrant unum potum usualem; sed tantum vel ipsam substantiam vini & aquæ (agebat quippe Concilium contra negantes transubstantiationem) vel certè species alterius sub-

stantia, quæ usualem potum vini non integrant.

Imò, inquit, ex hoc loco non modicum confirmatur immediata conversio aquæ; nam in aliorum opinione non solum species aquæ, verum & ipsa substantia quandoque remanet post Consecrationem; cum tamen Concilium doceat, solas species panis & vini remanere.

Sed contra Primò: non erat questio Patribus Tridentini cum Hæreticis, an post Consecrationem cum Corpore & Sanguine Christi remaneret substantia aquæ, olei, &c. quæ non sunt materia Consecrationis; sed an remaneret substantia panis & vini; sic enim incipit Canon: *Si quis dixerit in sacrosancto Eucharistia Sacramento remanere substantiam panis, & vini, unà cum Corpore & Sanguine Domini nostri Iesu Christi &c.*

Porrò Concilium nomine *Vini* intellexisse etiam aquam, quo fundamento asseris? Et non magis vinum purum, cui ex præcepto Ecclesiae debet misceri aqua? Pauxillum quidem aquæ vino admixtum, non extrahit à ratione potus usualis, sive vini usualis, sed neque tantillum alterius liquoris: num ideo totum mixtum simpliciter vinum?

Verùs dixeris vinum dilutum, sive vinum, ut loquitur Scriptura, quod miscui; si autem simpliciter aliquando sic appelletur, non nisi in quantum à majori parte sumitur denominatio, quæ tamen non sufficit, secundum communioem Adversariorum sententiam, ut nomine vini Concilium intelligat liquorem ab aqua distinctum.

Sic etiam per *Panem* non venit intelligenda aqua, quæ madefactus est, aut aer inclusus in poris, aliaque extranea admixta; consequenter nec fures (quidquid de his reclamet Lugo supra n. 64.) estò relinquunt cibum, seu panem usualem; idque quia non sunt tota, nec pars substantia panis, sicuti nec aqua vino admixta, tota, aut pars substantia vini.

Admittit Card. de Sacramento Pœnitentiæ disput. 14. lect. 8. num. 118. non esse peccatum morale secundum se, & seclusà Ecclesiæ prohibitione, si panis consecrandus decoris & ornatus gratiâ, aliqua ex parte leviter aureis punctis, vel lincis depingeretur, licet illa particula auti non possit verè consecrari. At cur minus quàm fures?

Quia, inquis, massâ furea, licet, ut distinguitur à farina pura, non sit panis, ipsa tamen cum farina pura componit panem usualem, non defæctum & purum; sed tamen panem humanum & communem, quem qui comedit, dicitur comedere panem. Ita Lugo supra de Eucharistia n. 64.

Et numquid, qui comederet hostiam punctis aureis leviter depictam, diceretur comedere panem? Similiter, qui comederet panem madefactum? Si ergo fures consecrantur, quia componunt panem usualem, quidni & aurum illud,

ed quod Concilium Tridentinū asserit factâ Consecratione solas species panis & vini remanere

sed illud fundamentum nullum est.

101. Per Panem non intelligitur aqua, qui madefactus est, aut aer inclusus in poris, aliaque extranea admixta.

Non est peccatum morale, peccatum morale secundum se loquendo, consecrare panem leviter inauratum secundum Lugo.

qui & admittit fures cum farina pura componunt panem usualem.

illud, vel aqua? Respondes; quia aurum, & aqua non componunt panem, sed sunt aliquid merè extrinsecè appositum.

Et verò fures componunt panem? Affirmas. Interrogo, quâ compositione, essentiali, accidentalì, integrali, quâ? Si massa furea est pars integralis, cur non potest seorsim consecrari, sicuti qualibet pars integralis panis aut vini? An fortassis est essentialis, uti farina & aqua, quæ suo modo substantialiter componunt corpus illud mixtum, quod vocamus panem?

Si ais; cur igitur massa furea igne cocta non est per se materia Consecrationis, sicut massa farinacea? Quomodo ergo fures componunt panem? Sanè non aliter, quàm qualibet alia substantia, farinæ admixta, scilicet per extrinsecam juxtapositionem, quandoquidem non transeat in corpus mixtum, sicuti transit farina, & aqua.

Heculè si fures verè consecrantur, mirandum planè panem fureuratum, ut sic loquar, nusquam esse in usu; si namque fures sunt pars essentialis, quemadmodum farina, nulla in tali pane cernitur impuritas, propter quam debeat poni alteri panis non fureurato. Neque Ecclesia ullibi admixtionem fureuratum prohibuit, nisi solâ consuetudine, supponens utique ex se factis manifestum esse, illam non licere, defectu consecrationis fureuratum.

Atque hæc ratiocinatio adhuc magis obtinet in aqua, quæ apponitur extrinsecè vino, manens, secundum Adversarios, semper in sua substantia incorrupta; adeoque non aliâ ratione pars vini, vel etiam pars mixti, quàm lapis est pars acervi lapidum.

Unde argumentor II. contra Adversarium responsum ad Concilium Tridentinum, argumentor, inquam, sic; can. 3. ejusdem sess. dicitur: *Sub unaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus, separatione factâ, totum Christum contineri.* Ergo per species vini non intellexit can. 2. species veræ aquæ, vino mixtæ; alioquin sub illis speciebus separatis maneret totus Christus: ergo etiam seorsim aqua poterit consecrari.

Respondet Lugo suprâ de Eucharistia num. 67. (quem sequitur Dicastillo disp. 2. n. 160.) non manere Christum sub specie aquæ separata, sicut nec ipsa species tunc manet species vini usualis; eatenus autem tantùm sub se continere Christum, sicuti aqua eatenus tantùm consecratur, quatenus est pars vini usualis. Bodem modo loquitur Eminent. de fureure admixto panis, & de aqua, secundum aliquos, in pane remanente, si posset per aliquod artificium extrahi.

Attamen mirùm, per solum motum localem tolli Consecrationem specierum. Respondent, non tolli per meram separationem, quod dumtaxat damnat Tridentinum; verùm per hoc, quod aqua desinat esse vinum, sive quod species, quæ remanserant, amplius non sunt species vini; ac

proinde licet non contumpanantur in seipsis, utpote quia statim recuperant formam substantialem aquæ, desinunt tamen esse in sua appellatione, quoniam amplius dici nequeunt species vini.

Sed contrâ: non omne, quod appellatur vinum, est materia Consecrationis; sed quod verè est, & appellatur. Sicut ergo aqua mixta, seu vinum quâ dilutum non est verum vinum, quamvis ita appellatur; ita nec species aquæ mixtæ sunt veræ & propriæ species vini; estò aliquando ita vocentur.

Nec dicas cum Aresio sect. 12. & alibi (ut putat ex Scoto) in materia Sacramentorum non debere attendi subtilitates physicas; quia non attendimus hic subtilitates physicas, sed essentialias. Scotus quidem 4. dist. 1. q. 6. n. 3. docet, passam non esse materiam consecrabilem, licet fortè sit ejusdem speciei physica cum pane, idque, quia noluit Christus in Sacramentis suis istam subtilem disparationem de differentia specifica imponere nobis. Verumtamen nusquam legitur in Scoto, quod vel fures, vel aqua, vel aliqua alia substantia, quæ non est substantialiter panis aut vinum, sint materia consecrabilis, sive per se, sive per accidens, libera, aut necessaria.

Unde non videtur hic Auctor legisse Doctorem Subtilem, minùs intellexisse, quando sect. 7. citat ipsum pro sua opinione, inquitens: *De Scoto id probabilis dici potest* (scilicet, per conversionem aquæ in vinum, eum intellexisse, non mutationem substantialem, sed moralem, & in ordine ad usum hominum) cum aperit asserat in hac materia non esse querendas subtilitates physicas.

At bene essentialias physicas; alioquin, cur diceret Scotus suprâ q. 7. n. 2. *Et ita modica (aqua) est apponenda, & ita tempestivè, quod ante Consecrationem possit conversa fuisse in vinum?* Si hæc verba legisset Aresius, non tam subtiliter, imò non tam turpiter errasset, pervertens verba & mentem Doctoris Subtilis.

Quid enim manifestius, quàm Doctorem nostrum requirere modicam aquam, tempestivè appositam eo fine, ut possit physicè converti in vinum? Quippe moralis conversio, secundum aliquos, videtur stare etiam cum majori quantitate aquæ: nam sect. 12. §. *Ad octavum* admittit Aresius, posse consecrari mixtum, in quo major pars aquæ adesset, dummodò hoc mixtum ex vino & aqua communi usu appellari solet vinum, & aqua mixta saporem vini retineat.

Et sect. 11. ait: Doctores citari in Epist. Gaudredi testantur, vinum aquâ mixtum, etiam si aqua prævaleat, nuncupari tamen simpliciter vinum. Et paucis interjectis: Plutarchus Opusculò de Ratione valetudinis observandæ idem sentit: *Vinum enim, inquit, aquâ mixtum, etiam si maior sit aqua infusa, quam vinum; vinum tamen vocamus.* Ita Aresius sect. 11.

At verò sect. 12. §. suprâ allegato, contrarium insinuat, dicens: *Quò minùs est aqua vino apposita, eò verius & absolutius solet illud*

& species aquæ continere Christum quatenus sunt species vini.

Refutat responsio Lugonis.

104. Obiectio Aresii solvitur.

Scotus nunquam asseruit fures, vel aquam esse materiam consecrabilem.

101. quem male pro sua opinione citat Aresius.

105. pervertens verba & mentem Doctoris Subtilis.

An requiratur modica aqua ad conversionem moralem.

illud appellari vinum: nam si major sit quantitas aquæ, quàm vini; refugiant sæpè homines illud appellare vinum, & dicunt potiùs esse aquam, sed vino permixtam; quàm vinum aquà dilutum. Hæc ille.

Infero ego: Ergo vel Aresius contradicit Doctoribus citatis in Epist. Gaufredi, qui dicunt, consuevere homines illud mixtum appellare vinum; vel illi Doctores non agunt de mixto, in quo major pars est aqua, ut suprà insinuaui; aut explicandi sunt de vino tam excellenti, ut etiam majorem partem aquæ facillè in se possit convertere.

Si dixeris; in uno loco illud mixtum solet appellari vinum, secùs in alio; infero, ergo in uno loco illa major quantitas aquæ erit materia Consecrationis; secùs in alio: cùm tamen materiæ Sacramentorum debeant esse certæ, nec ullo modo conveniat eas variari ex usu, & modo loquendi hujus vel illius loci. Itaque non illud est materia Consecrationis, quod solùm vocatur panis aut vinum, sed quod à parte rei est substantialiter panis aut vinum, & ita communiter appellatur.

Atque ut requiretetur modica aqua ad conversionem moralem, nunquid etiam in sententia Aresii requiritur ad moralem conversionem, ut tempestivè aqua apponatur? Contrarium liquet manifestissimè ex toto ipsius Tractatu. Accipe ejus verba: Intelligatur hæc præconversio moraliter, & omnia præclare cum veritate & ritibus S. R. E. convenient; hæc enim conversio tempore non indiget. Ita hic Auctor in Appendice cap. 1. Ergo Scotus requirens tempestivam appositionem, sine dubio loquitur de conversione physica.

Prout etiam Catechismus Romanus parte 2. cap. 4. n. 16 dicens: *Illud autem Sacerdotibus advertendum est, quemadmodum in sacris Mysteriis aquam vino adhibere oportet, sic etiam modicam infundendam esse; nam Ecclesiasticorum Scriptorum sententiâ & iudicio, aqua illa in vinum convertitur, utique physice; nam moralis conversio (juxta Adversarios) pendet à communi hominum iudicio, prout ipsi mixtum ex vino & aqua vocant, vel non vocant vinum.*

Nec refert quòd Honorius III. cap. Perniciosus 13. de Celeb. Miss. solùm appellet perniciosum abusum, quòd in maiori quantitate de aqua ponitur in Sacrificio, quàm de vino; non autem declaret irrita hujusmodi Sacramenta: non refert, inquam; quia etiam non docet totum mixtum fuisse conversum in Sanguinem.

Potuit ergo Sacramentum fuisse validum quoad vinum, supposito quòd maneret incorruptum, & nihilominus appositio majoris partis aquæ contra rationabilem, ut loquitur Pontifex, consuetudinem Ecclesiæ Generalis, quæ non solet per se loquendo apponere aquam, nisi in tali quantitate, quæ ante Consecrationem facillè possit converti in substantiam vini.

Hinc etiam Trident. suprà (quod bene advertendum est) generaliter loquitur de separatione quarumlibet specierum consecratam, supponens nempe nullam esse speciem consecratam, aut ejus partem, quæ separata à toto non contineat Christum, quem continebat in toto: non ob aliam certè rationem, quàm quia judicabant Patres aquam non consecrari, nisi priùs physice fuisset conversa in vinum.

Hinc frustra hic recurritur ad distinctionem partis integralis & componentis, quasi Tridentinum per Partem solùm intellexerit integrale, qualis non est species aquæ; loquitur siquidem Concilium de illis partibus, de quibus suprà cap. 3. *Totus enim & integer Christus sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit*, quocumque demùm nomine vocentur, sive componentes, sive integrales, perinde est.

Certum autem debet esse apud Adversarios, sub illis partibus comprehendi speciem aquæ, utpote quæ secundum ipsos immediatè convertitur in Sanguinem, & manens in toto, continet integrum Christum. Ergo similiter separata continet juxta can. 3.

Quapropter alii concedunt totum; sed negant inde sequi, aquam scorsim posse consecrari; quia plùs requiritur ad generationem, quàm ad conservationem: sic anima separata à corpore non potest accipere characterem Baptismi, acceptum tamen retinet.

Quid mirum, cùm non possit accipere Baptismum, qui solus eum imprimi? Retinet equidem; quia ipsi immediatè, & indelebiter imprimitur. Porrò aqua pura, si potest retinere Consecrationem, cur non primò consecrari? Vel si vinum est conditio sine qua primò non consecratur, cur non etiam similis conditio conservationis?

Dices cum Aresio sect. 12. In Consecratione aqua est pars componens; quoniam in materiis Sacramentorum non attenduntur subtilitates physice, sed iudicium, sensus, & hominum usus: at verò in conservatione Sacramenti, in qua respicitur ipsa rei veritas, se habet ut pars integrans, ac proinde licèt non possit sola esse materia Consecrationis, poterit tamen esse conservationis.

Confirmatur: nam ad hoc ut non censeatur adesse Corpus Christi sub aliqua specie, non sufficit ut illa species sensibus corrupta videatur, sed oportet ut ita sit à parte rei, etsi in fragmenta tam minima hostia dividatur, ut aciem oculorum fugiant; dum tamen sub ipsis possit conservari substantia panis, verè sub illis erit Corpus Christi, quamvis primò non potuisset sub eis poni. Hæc ille.

Infero: Ergo Christus instituit aquam materiam Consecrationis aliter, quàm à parte rei est: quippe, secundum Auctorem illum, instituit materiam Consecrationis aliter, in rei

106.  
An requiratur ut tempestivè aqua apponatur.

Catechif. Rom. loquitur de conversione physica.

Honorius III. In maiori quantitate de aqua ponere, quàm de vino, est perniciosus abusus.

107.  
Trident. exphicitur de conversione physica.

108.  
In Consecratione secundum Aresium aqua est pars componens.

in consecratione integrans.

adeoque poterit esse hujus materia, etsi non illius.

ex quo inferitur Christum instituisse aquam materiam Consecrationis aliter.

in rei veritate sit integrans. Vide quousque homines deveniant, ut præconceptam semel opinionem tueantur.

Verissimè S. Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 10. Si animum præoccupavit alius erroris opinio, quidquid aliter assererit scriptura, figuratum homines arbitrantur. Et nulla est ratio tam evidens, quam cavillationibus obscurare non tentant. Verè defecisti Aresius scrutans scrutationes, dum Patronos adhibes tuæ opinionis falsos hominum sensus, seu homines aliud sentientes, quàm ipsa rei veritas se habet.

Sed age: minima, inquis, pars hostiæ retinet Consecrationem, & tamen non potest primò consecrari. Bene dicis. Scire vis rationem? Quia se sola nequit demonstrari per ly Hoc, ut statim videbitur. Num aqua separata similiter indemonstrabilis est? Minimè ais: at se sola non est materia primæ Consecrationis. Et quis vobis quæso revelavit, magis esse materiam conservationis Sanguinis Christi, quàm primæ acceptionis?

Peccata venialia, quæ sunt materia libera, & quasi per accidens Sacramenti Pœnitentiæ, quibusque assimilare vultis aquam vestram materiam liberam, & per accidens Consecrationis: nonne & hæc ipsa sola sufficiunt ad validam absolutionem? Quis audeat dubitare? Certoquæ infinitæ confessiones hodie erunt invalidæ.

Cur ergo similiter non dicitis, aquam, et si materia sit per accidens, & libera, separatam tamen à vino sufficere, non tantum, ut retineat Consecrationem, sed etiam ut primò recipiat? Certè nihil video, quod magis probet retentionem, quàm primam Consecrationem.

Est quod & magis mireris Lector: enim verò Aresius, non contentus sua responsione ad auctoritatem Concilii Tridentini, insuper ex can. 2. suprâ commemorato sic argumentatur pro immediata conversione aquæ in Sanguinem. Manent, inquit, in calice post Consecrationem species dumtaxat vini, ergo non manet substantia aquæ; ergo est conversâ in Sanguinem.

Argumentum insolubile! Quidni inquis? Aperi oculos, & videbis solutionem. An fortè dicis, etiam muscam, immerfam vino, immediatè converti in Sanguinem? Minimè reponis; siquidem Concilium per ly Dumtaxat, non excludit, nisi substantiam rei consecrabilis.

Optima Responsio, & unâ solutio propositi argumenti: ut enim antè ostendimus, aqua permanens in sua substantia, non est materia Consecrationis, nec super illam verba Consecrationis proferuntur. Alioquin posse cum Sanguine aliam substantiam esse in calice, clarè docet ritus Græcorum, quo aquam calidam mittunt in calicem consecratum.

Nec dicas hunc morem Græcorum esse damnandum; nam teste Aresio in fine sect. 10. ab

Ecclesia Romana permittitur, & ejus meminit S. Germanus Patriarcha in Theoria rerum ecclesiasticarum, qui floruit circa annum Domini 1228.

Instabis cum præfato Aresio: Concilium sub vini nomine aquam admixtam intelligit; nam eadem sess. cap. 1. dicit: Hoc tam admirabile sacramentum in ultima cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis viniq; benedictionem, se suum ipsius Corpus illis præbere, ac suum sanguinem daretis ac perspicuis verbis restituit est. Constat autem Christum benedixisse etiam aquam.

Respondeo; sed in vinum conversam. Unde & illam sub nomine vini intelligimus, & iterum asserimus esse materiam Consecrationis, etiam, si fieri possit, ab alio vino separatam, ut pote vinum de vite; quia de vite venit, quod hæc aqua naturam vini habeat, id est, quod sit liquor ejusdem cum vino essentia ac substantia; qualis non est aqua mixta vino permanens in sua essentia, licet totum mixtum vinum appelletur.

Equidem perplacet audire secundum argumentum Aresii, deductum ex verbis Tridentini sess. 14. can. 3. Sic, inquam, argumentatur sect. 4. Totum illud, quod est in calice post Consecrationem per modum potûs, censetur species Sanguinis Domini; propterea enim si quælibet gutta effundatur, ea diligentia adhibetur circa eam, quæ Sanguinem Domini decet. At si aqua non converteretur in Sanguinem, essent sub illis speciebus plures guttæ, quæ non continerent Sanguinem Domini: ergo malè crederet Ecclesia sub singulis cujusque speciei partibus totum Christum contineri.

Non arbitror hoc argumentum indigere novâ solutione. Quæro tantum ab Aresio: an si à Græcis gutta calicis effunderetur post aquam calidam admixtam, non ea diligentia adhiberetur circa illam, quæ Sanguinem Domini decet? Non dubito quin affirmaret, si viveret. Quidni enim, cum moraliter certum sit, aliquid saltem Sanguinis guttæ illi esse admixtum?

Aliud argumentum, quod eadem sectione adfert Aresius pro sua opinione, non potui sine risu legere. Est autem tale: Ecclesia dum Acolythos ordinat, inquit: Accipe ut calicem ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam Sanguinis Christi: Et in Oratione pro iisdem: Et ad suggerendum vinum & aquam ad consociendum Sanguinem Christi. Ubi notandum; inquit, aquam proximiori loco poni, quàm vinum, ante illa verba, ad consociendum Sanguinem, ne diceres aquam converti mediante vino, id est, ita ut prius convertatur in vinum.

Sufficit difficultatem, aut potius nugacitatem proposuisse. Dicere debuisset; ideo vinum præponi aquæ; quia ipsum solum est materia essentialis, primo loco ab Acolytho Sacerdoti suggerendum, & calici infundendum.

ab Ecclesia

permittitur

111. Infantiæ Aresii. Trident.

Solvitur

112. Argumentum 2. Aresii ex Tridentino.

113. uti & aliud ab eodem allatum.

Sed facile solvitur attempto ritu Græcorum

113. uti & aliud ab eodem allatum.

114. uti & aliud ab eodem allatum.

115. uti & aliud ab eodem allatum.

116. uti & aliud ab eodem allatum.

107. licent. ex licatur de conversione hysca.

109. 110. 111.

112. 113. 114.

108. Confessione solum solum et comens.

115. 116.

117. 118.

119. 120.

121. 122.

123. 124.

125. 126.

127. 128.

129. 130.

131. 132.

133. 134.

135. 136.

137. 138.

139. 140.

141. 142.

143. 144.

114.  
Docet mul-  
ti Physici  
aquam quæ  
rumcumque  
modicam,  
numquam  
in vinum  
converti.

Supereft quæstio cum nonnullis Physicis, qui docent, aquam quantumcumque modicam, etiam multo vino infusam, numquam in illud converti.

Primò; quia aqua est corpus simplex, quod nequit transire in mixtum, nisi concurrentibus alijs tribus elementis. Unde teste Philosopho de sensu & sensato contra Pythagoricos, nec sola alere potest.

Respondeo; aquam nostram plerumque esse impuram, & experimur in his, qui aquam bibunt, converti in substantiam, vel saltem mixta excrementa. Unde quod aliqui dicunt, aquam non nutrire (& ideo minùs aptam esse ad significandum effectum hujus Sacramenti) intelligi debet, de per se; quia primariò ad nutritionem non est ordinata, neque fortè immediatè nutrit, sed mediante permixtione alicujus solidi per modum cibi. Ita verisimile est, aqua potissimum pasci Cicadas; aère Chameleontem; igne Pyraustas, & alia id genus, quæ etiam salubriter in ardore ignis vivere censet Augustinus.

Secundò arguunt: quia vinum generatur actione vitali in vite; adeoque sicuti sanguis, qui elaboratur tantùm in jecore animalis, separatus non habet vim transmutandi aliud in se, ita quoque vinum uvis expressum, seu separatum à vite.

Respondeo Neg. Conseq. Disparitatem assigno: quia sanguis separatus non retinet suum vigorem, sed statim connaturaliter disponitur ad corruptionem, suisque habet, quòd se aliquantisper conservet. Forsitan ebulliens sanguis Martyrum, qui alicubi aservatur, converteret aliud in se.

Porò vinum de vite, etiam ab illa separatum, tanti est vigoris ac foritudinis, ut sic loquar, teste experientià, quòd quæcumque immissa, etiam integra cadavera animalium cum pelle & ossibus, penitus consumet, & quasi in se convertat, quantò magis paucillam aqua?

Adde, sanguinem elaboratum esse per potentiam nutritivam, cum sit substantia ex se ordinata ad nutrimentum animalis, instar succi illius, quo immediatè alitur arbor vel planta: non sic vinum ex natura sua ordinatur, ut convertatur in substantiam vitis; verùm ut uvis expressum sit pars præcipua alimenti hominis.

116.  
Instantia.  
Instas: equidem non tota aqua potest converti, sed necessariò remanent aliqua excrementa; sicut etiam in nutritione ex delicatissimo cibo evenit, & ignis, licet activissimus, relinquit cineres & favillas.

Respondeo cum Tannero de Eucharistia quæst. 2. dub. 6. (ubi mordicus defendit nostram Conclusionem contra Regium de Sacramentis q. 74. art. 8. dubio unico) alimentum, dum in substantiam viventis redigitur, pluribus transmutationibus, & exactà concoctione opus habere, qualis in aliarum rerum mutationibus non est necessaria, quæ proinde etiam

tota in se invicem, aut in tertium commutari possunt.

Et peculiare est ligno, quòd ab igne in cineres resolvatur; multa enim alia ignis alimentum nullo modo relinquit, sed in ignem tota convertuntur; ut in vino adusto, oleo, butyro, & similibus accidit: nisi fortassis cum aër in ignem convertitur, cineres aliqui, aut excrementa reperta sint.

Petis; cur ergo vinum inde debilitetur? Respondeo; quia repetitur. Urges: quare se non reducit, sicuti ignis comburens lignum? Respondeo, non omne passum semper, & continuò, suo se vigori posse restituere, ut patet in viventibus, quorum calor vitalis ob eam ipsam causam tandem extinguitur. Ratio à priori non est alia, nisi talis, vel talis natura passiva. Sanè non mirùm in igne illam repassivam sensibus occultari; quippe novus semper ignis ex nova materia generatur, priore igne expirante, ut in candela videre est.

Nihilominus pergunt Adversarii, & opponunt Tertio: quia potest aqua post mixtionem iterum separari; ergo non fuit conversa in vinum.

Resp. primò Neg. Conseq. nam qui docent elementa formaliter manere in mixto, admittunt ea posse extrahi, estò substantiam mixti constituentem.

Resp. II. Neg. Antecedens, si mixtio debita proportione facta sit, & debitum temporis spatium intercesserit.

Si replices: factum est; ergo potest fieri. Resp. rursus Neg. Antecedens; quippe quod ex vino, aqua sic permixto, eximitur, non aqua est, sed liquor vini, aquæ similis, nondum videlicet decoctus, qualis etiam secundum multos ex vino puro elici potest.

Sed contra insurgit Dicastillo supra n. 143. vel ille humor consecratur, vel non. Si primum dixeris, ergo aliquid præter vinum consecratur: nam omnes fatentur illum liquorem non esse vinum; ergo etiam aqua extrinsecus apposita potest consecrari. Si ultimum elegeris; ergo semper miscetur aliquid non consecratum, consecrato.

Resp. hoc non esse inconveniens, quando sine eo non reperitur substantia consecrabilis. Patet in aère semper poris vini incluso.

Respondeo II. etsi liquor ille per se non sit vinum, est tamen aliquid ex natura rei vino intrinsecum, eo ferè modo, quo aqua, si fortè aliqua semper remaneat (quod non credo) est intrinseca pani.

Quemadmodum ergo non bene sequitur: *Esto aqua intrinseca vino con- vertetur in modum in sanguinem;* *Aqua intrinseca pani consecratur; ergo etiam aqua extrinsecus apposita, sic merito negatur hæc consequentia: Aqua intrinseca vino convertitur immediatè in Sanguinem, ergo etiam aqua extrinsecus admixta: ergo aliquid præter vinum. Siquidem ly vinum significat omnem substantiam sibi intrinsecam;*

quorum prima ratio refellitur.

115.

uti & secunda.

Solvitur Tannerus. Regius.

Alimentum dum in substantiam viventis redigitur, pluri-

bus transmutationibus; non sic aqua dum converteatur in vinum.

Cur vinum inde debilitetur? & cur non reducat.

117. Tertio Adversariorum ratio valet eliditur.

Solvitur explic.

118. Instantia Dicastillo nis.

Solvitur primò.

Solvitur secundo.

trinsecam; ut ly *Panis*, significat farinam aqua coagulatam, igne decoctam.

Unde etiam non sequitur: *Consecratur farina & aqua; ergo aliquid præter panem*; quia hæc sunt intrinseca ipsi pani, & ut talia dumtaxat consecrantur. Aliud est de aqua extrinsecis appositæ vino, quæ facit, ut jam non simpliciter vinum, sed magis dilutum appellari debeat.

Dices; aqua extrinseca convertitur in vinum secundum nos; ergo magis intrinseca. Resp. Neg. Conseq. obstat ejus connaturalitas: alioquin quomodo ex omni vino posset extrahi? Unde sicut ipsa non alterat vinum, sic nec vicissim ab ipso alteratur. At verò quemadmodum aqua extrinsecè conjuncta vino, non obstante aliqua symbolizatione in qualitatibus formalibus, adhuc alterat vinum, & vim habet aliud convertendi, atque ita aggenerandi sibi aliquam aquam (sicut ignis ex ligno aggenerat sibi alium ignem) cur similiter multum vinum modicam aquam non alterabit, & in se convertet? Quia, ais, Aristoteles negat.

Imò affirmat, dicens lib. 1. de Generatione cap. 5. textu 34. *Quando & illic quoque* (in aqua cum vino mixtione) *quod evincit ac superat, in ipsa mixtione augeri dicitur, ceu vinum. Nam univèrsa mixtura, vini, non aqua functionem exercet.* Ita legunt Conimbricenses.

Clarius ad nostrum propositum Hiquæus in suo Commentario ad locum Scoti supra citatum dist. 11. q. 7. n. 38. citans cap. 10. ejusdem libri: *An alterius, inquit, remaneat substantia, id est, mixti; alterius non remaneat, ut succi, alteriusve rei? Cum in hac quoque mixtione, id quod imperat, id est, prædominatur; ut si id vinum fuerit, excrevisse dicitur: omnes enim ipsius mixtionis congeffe partes, non aqua, sed vini naturam retinent, & illius opera efficiunt.*

Sed illa verba non reperio in versione Conimbricensium: at hæc, quæ subjungo ex textu 89. *Nam alterum in id, quod evincit, verti solet, ut gutta vini decies milleis aqua mensuris non miscetur. Etenim forma vini perit, atque vinum in totam aquam vertitur.*

Ex quo rectè (inquit Tannerus supra num. 193.) ex mente Aristotelis inferitur, etiam aquæ guttulam in multum vinum insulam corrumpi, & in vinum converti à paritate rationis; cum præsertim vinum ob calorem, quem continet, in suo genere majorem vim agendi habeat, minusve corruptioni obnoxium sit, quàm aqua. Quid enim citius putrescit, quàm exigua aquæ quantitas in vase clauso servata?

E contrario argumentatur Regius supra num. 178. Si, inquit, vinum in parva quantitate diu relinquitur in vase aperto, fiet paulatim quasi aqua. Secus est de aqua, quæ & difficillimè omnino corrumpitur, & est planè inepta, ut naturaliter immediatè convertatur in vinum. Hæc ille. Tu Lector experientiam consale, & citò apparebit veritas.

Hoc unum ego scio, omnium penè Ecclesiasticorum Scriptorum iudicio defendi, teste Alano supra, aquam modicè insulam, in vini substantiam physicè prorsus desinere. Quis dubitat, an naturaliter? Porro iudicium aliquorum Philosophorum (sit etiam inter illos Aristoteles, cuius auctoritas hodie valde imminuta est, & quotidie magis vilescit) præponere iudicio omnium penè Ecclesiasticorum Scriptorum, qui & ipsi ordinariè Philosophi sunt, non autumo rationi consentaneum.

Et verò si illam communem sententiam bene ponderasset Arelius, non tam facile falsam illam proclamasset: nescio ex quibus rationibus Theologicis, frivolis certè & nullius momenti; duas, aut tres subijcio, & rejicio.

Primam accipit ex fine, propter quem miscetur aqua vino, quem omnes fatentur esse significationem. Significatio, inquit, hujusmodi est sacramentalis; ergo non est dicendum, aquam converti in vinum, antequam conficiatur Sacramentum.

Probat Consequentiam: Quia si aqua in vinum convertitur; ergo tempore Consecrationis, quando conficitur Sacramentum, non erit amplius aqua in calice: ergo aqua nunquam ante Consecrationem potest converti in vinum; alioquin omnes significationes, quæ ab aqua desumuntur, peribunt; quia quod non est, significare non potest: ergo nunquam poterunt tribui Sacramento Eucharistia; quia quando aqua est præsens, nondum adest Sacramentum Eucharistia; quando verò fit præsens Sacramentum Eucharistia; jam aqua desit esse. Ita Arelius sect. 10.

Rogas fortè, quæ sint illæ significationes sacramentales? Primò, inquit, significat ex latere Christi aquam & Sanguinem fluxisse. Ita Alexander I. Epistolâ 1. Decretali, ut habetur in cap. 1. de Consecrat. dist. 2. Secundò significat unionem Ecclesie cum Christo; quia per aquam significatur populus Apoc. 17. Hoc tradit Cyprianus Epistolâ 62. & alii permulti post ipsum. Tertiò significat introitum in vitam æternam, ut notat Divus Thom. ex D. Ambros. lib. 1. de Sacramentis dicente: *Redundat aqua in calicem & salit in vitam æternam.* Quartò duplicem naturam in Christo, divinam in vino, & humanam in aqua ex Nicephoro lib. 1. cap. 53.

In quibus licet advertere, contineri illas tres significationes, quas recolit Ecclesia in Antiphona: *O Sacrum Convivium &c.* Recolitur enim memoria Passionis ejus, dum aqua representatur, quæ ex latere Christi exivit; gratia, quæ mens impletur, significatur in unione populi cum Christo: & futura gloria nobis pignus datur, dum juxta tertiam rationem introitus significatur in vitam æternam. Illæ autem significationes sunt maxime sacramentales; ergo sacramentalis quoque est significatio aquæ, præcipuè

& constat ex omnium penè Ecclesiasticorum Scriptorum iudicio.

cui non efficit paucorum Philosophorum placitum & opinio.

121.

Secundam Arelium desinere aqua, definit ejus sacramentalis significatio.

122. utpote fluxus aquæ & Sanguinis ex latere Christi, Alexander I. unio Ecclesie cum Christo, S. Cyprianus.

introitus in vitam æternam. D. Ambros. & duplex in Christo natura. Nicephorus.

119. Obstat

117. Ad

118. Ad

120. Ad

119. Obstat

precipue cum ad hoc fuerit instituta à Christo Domino: cum igitur habeat significationem sacramentalem, non potest non spectare ad Sacramentum. Hucusque Arelius.

123. Planè non potest non spectare ad Sacramentum, quoniam præviè ad Sacramentum ordinata, non autem quasi ipsa sit Sacramentum. Et ideo in prima mixtione aquæ cum vino omnia hæc Mysteria sufficienter commemorantur: estò dum Sacramentum conficitur, amplius nulla aqua existat.

Sed salutaris hæc significatio in prima mixtione aquæ cum vino.

Enimverò non quia aqua convertitur in Sanguinem, idcirco significat aquam, quæ ex latere Christi profluxit, aut populum, qui Christo unitur per gratiam Sacramenti; sed quia ante Consecrationem in ordine ad illam miscetur vino, sive postmodum in vinum conversa transeat in Sanguinem, sive permaneat in sua substantia, præsens Sanguini in eodem calice per juxtapositionem, sicut aqua coexistebat Sanguini, simul profluenti ex latere Christi.

Significat itaque aqua quando est, hoc est, quando miscetur; significat, inquam, aquam, quæ fluxit de latere, & populum, qui unitur Christo per gratiam sanctificantem, quam Deus infundit in perceptione seu usu Sacramenti, & ex consequenti ipsam gratiam, per quam populus unitur, sive ipsam unionem: significat introitum in vitam æternam; significat naturam humanam in Christo.

124. Inferit Arelius: Ergo ante Consecrationem est ibi verum Sacramentum.

Si inferas cum Arelio: Ergo ante Consecrationem adest in altari verum Sacramentum; nam Sacramentum est signum sacrum à Deo institutum: huiusmodi autem est mixtio aquæ.

Respondeo Neg. Conseq. Ignoro penitus ubi Auctor ille talem legerit definitionem Sacramenti, scilicet propriè dicti (de quo solùm potest esse questio) siquidem omnes unanimiter docent, ad rationem Sacramenti novæ Legis, non sufficere significationem rei sacræ, sed insuper requiri efficientiam ex opere operato gratiæ sanctificantis, aut gratuiti Dei effectus.

Quamvis ergo ante Consecrationem in altari sit aliquod signum sacrum à Deo institutum, vel potiùs à Deo adhibitum, & ab Ecclesia præceptum: an ideo signum efficaciter significans gratiam, aut gratuitum Dei effectum?

Minimè, ais, & propterea debet aqua immediatè converti, ut species ejus non minùs sint Sacramentum, quàm species vini. Siquidem ex doctrina Patrum Sacramentum hoc institutum est in vino & aqua. Resp. sed diversimodè; in vino quippe essentialiter & formaliter; in aqua autem præsuppositivè, id est, debet poni aqua, quando jam inchoantur sacra Mysteria.

125. Est equidè admixtio aquæ cum vino sacramentalis. S. Bonavent.

Sic explicat Divus Bonav. 4. dist. 11. in expositione litteræ, ibi: Dicendum, inquit, quòd admixtio aquæ cum vino est sacramentalis, unde solus est Sacerdos, & est ad significationem, & ideo tunc debet poni, quando iam inchoantur sacra Mysteria.

Non dicit; quando complentur, aut perficiuntur, debet adesse aqua, hoc est, in Consecratione, vel sumptione; sed, inquit, quando inchoantur, hoc est, in prima oblatione, sive in principio Missæ. Unde miror Arelium illa verba profectum allegare.

Contra: ergo etiam aqua, quæ farinæ miscetur, eandem habebit significationem.

Resp. non miseri, quando inchoantur sacra Mysteria; & quamvis adhiberetur in ipsa Missa, non significaret, defectu institutionis, quæ reperitur in aqua ex præcepto Ecclesiæ miscenda vino ante Consecrationem, sic quòd in ipsa Consecratione sit præsens, in se, vel in vino, in quod convertitur. Hinc non est par ratio, ut vult Arelius supra, in extractione illius aquæ post mixtionem, & in corruptione sive mutatione in vinum; quia quando mutatur, manet in æquivalente, quando verò extrahitur, nec in se, nec in alio.

Dices cum Arelio; si vinum postquam oblatum est, ante Consecrationem omnino acetum fieret, non magis esset apta materia ad Eucharistiam conficiendam, quàm si omnino effusum fuisset: ergo par ratio est de extractione aquæ, & de corruptione.

Qualis Consequentia! Quasi vero aqua, quæ convertitur in vinum, desineret esse apta materia Eucharistiæ, & non potiùs per illam corruptionem materia fieret.

Non magis valet hæc Consequentia ejusdem Auctoris ibidem: Si aranea cecidit in calicem ante Consecrationem, debet vinum ex præcepto Ecclesiæ projici subeitis altare, & aliud poni in calice, & aqua miseri: requiritur ergo, non tantùm ut mixtio præcesserit, sed etiam ut aqua mixta sit præsens.

Et quis unquam cogitavit, sufficere mixtionem illius vini, quod non consecratur? Stolidus profectò sit, qui id affirmaverit. Ergo requiritur ut aqua mixta sit præsens: si enim desit, non est ampliùs vinum mixtum. Resp. Neg. Conseq.

Ad probationem dico; adhuc vinum rectè appellari mixtum, à mixtione præterita, factà in ordine ad hoc Sacramentum; maximè cum aqua adhuc sit præsens in suo æquivalente, ut supra dixi.

Neque Ecclesia ullibi requirit aliud, quàm quòd aqua miscetur vino ante Consecrationem, id est, quòd aqua vino apponatur, sive jam illa appositio sit mixtio propriè dicta, sive solùm juxtapositio, sive etiam conversio unius in alterum, perinde est ad præceptum Ecclesiæ, quomodo velis eam vocare; neque enim Ecclesia seratur subtilitates Physicas, sed essentias, id est, vult quòd ante Consecrationem, & in ordine ad eam, quando Mysteria inchoantur, in calicem infundantur substantiæ vini & aquæ. Et per hanc infusionem repræsentantur Mysteria omnia, quæ Ecclesia voluit significare per illam

illam ceremoniam, etiam tunc quando aqua non convertitur in Sanguinem.

Statem à me queritur; quare ergo Ecclesia non precipiat apponere aquam in casu oblivionis post Consecrationem: nam & tunc posset idem significare, & magis pertinet ad significationem sacramentalem id, quod fit circa Sacramentum jam existens, quam id, quod circa materiam futuri Sacramenti efficitur.

Responsio est facilis; quia Ecclesia non vult. Quamquam enim legillator non possit omnia præcipere, quæ vult; non tamen etiam debet omnia præcipere, quæ potest. Noluit autem Ecclesia, tum quia deest exemplum Christi, tum quia iudicat majorem esse irreverentiam, rei jam consecratæ miscere non consecratam, quam consecrare aliquam materiam, cui admixta est materia non consecrabilis: tum demique quia post Consecrationem, etsi aqua, quæ apponeretur, significaret populum; ubi vinum, quod significat Christum & Sanguinem eius?

Sanè præceptum reperio ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscant, non autem ut Sanguini: adeoque ante, & non post Consecrationem aqua apponenda est, sive in ipsa Consecratione maneat aqua, sive non. Imò, secundum Adversarios, semper quando est Consecratio, jam deficit aqua. Respondent, manere species aquæ.

Contrà: non dicit Florentinum & Tridentinum per mixtionem specierum representari Dominicam Passionem & unionem populi ad Christum; sed per mixtionem aquæ & vini, quæ proprie significant substantias, & non solas species.

Secundò principaliter argumentatur Arefius suprà: Ecclesia illud intendit consecrare, quod post Evangelium Deo offert; sed si aqua verteretur in vinum frustraretur ejus intentio: ergo &c. Major est clara, ut quid enim offert, nisi ut consecret? Quare nec plùs, nec minus offerri vult, quam sit consecrandum; & si post oblationem advertit defectum in materia, præcipit, si sine scandalo fieri potest, ut denuò nova materia offeratur. Minor quoque est evidens; quia offerret vinum & aquam, & deinde vinum tantùm consecraret; ergo & aliquid consecraret, quod non obtulisset, illud scilicet vinum ex aqua genitum, & aliquid offerret, quod non consecraret, scilicet aquam.

Resp. quod parùm est, pro nihilo reputatur in moralibus: & ideo Ecclesia non curat offerri aquam, quæ omiſsa tempore oblationis, infunditur immediatè ante Consecrationem.

Sed contrà: hoc quidem probat, non esse hanc oblationem de essentia; non tamen, inquit Arefius, non esse contra intentionem Ecclesiæ, quæ veller quidem offerri totùm illud, quod est consecrandum, sed ut scandalum & alia incommoda vitentur, non fieri permittit.

Resp. quis unquam in Ecclesia Catholica obtulit solam aquam? Præterea, si celebrans

ante Consecrationem advertat vinum priùs oblatum esse corruptum, debet secundum Rubricas Tit. de Defect. cap. 4. n. 6. novum vinum ponere in calice, & offerre, saltem mentaliter; cum tamen neque oblatio vini sit de essentia Sacrificii; & eadem incommoda sequi possint ex illa oblatione, quæ timet Arefius secutura ex oblatione aquæ.

Cùm ergo aqua, quæ apponitur, modicissima sit, & per consequens vinum modicissimum, quod ex illa aqua aggeneratur vino oblato, non censetur Ecclesia illius habere rationem, esseque eandem numero oblationem in morali estimatione, & secundum intentionem Ecclesiæ. Cæteroquin dicamus novam guttam vini apponendam, si fortè aliqua pereat ex vino oblato.

Nescio quare Arefius magis sit sollicitus de eadem numero oblatione, quam de eadem specie materia essentiali. Ecclesia materiam essentialem calicis vocat simpliciter vinum, & possumus retinere germanam significationem; ergo non debemus quærere extraneam. Ergo malè dicit Arefius sufficere moralem conversionem aquæ in vinum, id est, aquam moraliter esse vinum. Vel si hoc sufficit, quia Ecclesia, ut ipse ait, non attendit subtilitates físicas; quidni etiam sufficiat eadem moraliter oblatio? An fortè in oblatione attendit Ecclesia subtilitates físicas, & non in materia essentiali?

Sed tranſeamus ad rationem tertiam, cæteris infirmiozem, & si ita loqui placeat, morti proximam. Tertio, inquit Arefius, principaliter sequeretur, aquam verè sacrificari Deo, esseque hoc Sacrificium diversum à Sacrificio Corporis & Sanguinis Domini.

Probatur illatio; quoniam Sacrificium est oblatio facta Deo in signum supremi cultûs alicujus rei permanentis, per quam illa res vel consumitur, vel ad consumptionem proximè ordinatur; vel, ut inquit Suarez: Est oblatio facta Deo per immutationem alicujus rei in signum legitime institutum divinæ excellentiæ & reverentiæ; vel, ut ab aliis definitur: Sacrificium est externa ceremonia, quæ res per legitimum ministrum consecrata, cum quadam consumptione offertur Deo in cultum; atqui in nostra sententia aqua offertur Deo, & convertitur in vinum; ergo &c.

Ne irascaris Arefi, si unum verbum interrogavero antequam respondeo. Numquam legisti in Missa post oblationem panis & vini: *Veni sanctificator omnipotens æterne Deus, & benedic hoc Sacrificium?* Legi, inquis, quotidie; sed cum hoc addito; *tuo sancto nomini præparatum*, non absolutum ac perfectum; quale est aqua oblata, & conversa.

Non possum mihi persuadere virum tam doctum fuisse in illa sententia: quia tamen verba sic præ se ferunt, Respondeo paucis, & iterum quæro; quis instituerit illam conversionem naturalem aquæ in vinum in signum divinæ

Rubr. Arefi.

est enim eadem mora. licet oblatio vini antea oblata.

131. Tertium Arefi fundamentum.

Similiter fore hic dicitur verum Sacrificium à Sacrificio Corporis & Sanguinis Domini.

132. Respondetur huic fundamentum.



divinæ excellentiæ & reverentiæ? Audi præclaram resolutionem: Neque dicere possunt per accidens, & extra intentionem Ecclesiæ sequi aquæ defitionem, quia Suarez inquit, debere à Sacerdote aquam infundi vino, ut in ipsum vinum convertatur: ergo ab Ecclesia ordinatur aqua ad consumptionem.

aquam non  
converti in  
vinum in fi-  
gnum divi-  
næ excel-  
lentiæ & re-  
verentiæ;

Esto: ergo in signum divinæ excellentiæ & reverentiæ. Quomodo sequitur? Ecclesia ordinat candelas in altari ad consumptionem, imponit thus thuribulo, ut sit in odorem suavissimum domino: ergo incensio thuris, accensio & consumptio candelarum sunt Sacrificium; ergo offeruntur in signum excellentiæ & reverentiæ & protestationem summi Dei domini, in vitam & mortem; quis non exhibet huiusmodi argumentationem?

Vis autem scire, quare Ecclesia ordinet mixtionem aquæ & vini, ex qua naturaliter sequitur conversio? Ut aqua fiat debita materia Consecrationis sive immutationis, & conversionis in Sanguinem Christi, in qua immutatione consistit essentialiter Sacrificium.

adeoque  
oblationem  
aque & con-  
versionem  
ejus in vi-  
num non  
esse perfe-  
ctum Sacri-  
fium, sed  
imperfectū  
dumtaxat,  
seu prepara-  
tum,

Itaque oblatio aquæ, & conversio ejus in vinum nequaquam est Sacrificium perfectum & completum; sed Sacrificium præparatum, id est, materia Sacrificii, qualis non esset aqua, nisi in vinum conversa, juxta nostra principia.

133.  
de quo for-  
tè intelli-  
guntur SS.  
Patres,

Et fortè de hoc imperfecto Sacrificio possent explicari verba SS. Patrum, quando dicunt, aquam offerri, benedici, consecrari &c. puta quia in prima mixtione præparatur ad oblationem perfectam, id est, conversionem realem in Sanguinem Christi. Si quæ autem verba hunc sensum commodè non patiuntur, sine ulla impropriate, torsione, metaphora, & similibus intelligi possunt de Consecratione mediata, quam semper pleraque pars Doctorum tenuit, & usque in hodiernum diem tenet, sciente & non contradicente Sancta Romana Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum, teste Tridentino sess. 4. in Decreto de editione & usu sacrorum librorum.

Et hæc sit finis controversiæ, cujus utraque pars non caret suâ probabilitate. Elegimus equidem conversionem mediatam, utpote magis consentaneam doctrinæ Conciliorum, ac antiquorum Theologorum, præsertim Magistri Subtilis Scoti, cujus partes in hoc tractatu suscepimus propugnandas.

Festino ad alia magis proficua, & quæro quomodo materia debeat esse præsens consecranti? Responso erit

## CONCLUSIO VII.

Debet materia ab initio ita esse præsens, ut per sola verba essentialia formæ possit demonstrari. Taliter præsentem sunt hostiæ in pixide, etiam clausâ; scilicet in Sacratio, aut latentes post tergum, parietem, vel sub mappa Altaris, imò etiam longius distantes, quamvis visu percipi possint.

**A**Dverte pronomina *Hic, Hæc, Hoc*, diversimodè accipi. Primò ad significandum, quòd nomen, cui præponuntur, sumatur pro re singulari, ubicumque illa sit. Secundò ad designandam vocem, sive significatum vocis ultimò denominatum in oratione. Tertio ad designandum rem aliquam, præsentem quidem aliquatenus, sed adeò imperfectè, ut necesse sit adhibere adhuc aliud signum, v. g. extensionem digiti &c. Quarto, & propriissimè ad demonstrandam rem, tam propinquè, & perfectè præsentem, ut non sit opus ulteriori signo.

134.  
Pronomina  
*Hic, Hæc,  
Hoc*, directè  
modè acci-  
piuntur,

Atque hanc postremam præsentiam requirit nostra Conclusio, ut panis ac vinum validè consecrentur. Quidni? Etenim Christus consecravit materiam taliter sibi præsentem, quòd per solum pronomen *Hoc*, independentè à discursu, nutibus, aliisque circumstantiis, aut signis possit demonstrari. Non dedit autem Apostolis potestatem, nisi faciendi id, quod ipse in substantia fecerat. Porro quis ambigat significationem formæ esse substantialem?

Conclusio  
requirit  
præsentiam  
talem, ut  
non sit qua  
alio signo,

Ratio itaque à priori, est institutio Christi, quam confirmat universalis & perpetuus usus Ecclesiæ, quæ numquam adhibuit extensionem manus, aut aliud quidpiam huiusmodi; sed semper verbis solitariè prolatis & acceptis significavit Corpus & Sanguinem Christi præsentia sub speciebus panis ac vini. Et verò à praxi communi, in re tanti momenti, non autumo facilè recedendum.

Ratio à  
priori, est  
institutio  
Christi,

Pro qua juvat considerare formas reliquorum Sacramentorum, Matrimonio excepto, esse verba propriè dicta, quæ secundum se significant effectum Sacramenti. Cur non ergo similiter forma Eucharistiæ?

Accedit  
praxis à qua  
non facile  
receden-  
dum,

Nihilominus Vasquez disput. 171. cap. 4. numero 22. docet consecrari validè materiam à tergo existentem, si Sacerdos eam contingat, & percipiat tactu. Sequitur Dicastillo disp. em, modè